et predicatores habebunt laureolam[a] vnde dicit quod beatus Jo. bapti. habuit triplicem laureolam fuit virgo predicator et martyr. ideo de l hymno ipsius: Serta terdenis etc. dicit Jo. and. quod laureola est quidam splendor perpetuus qui predictis confertur quo ab aliis sanctis distinguuntur. et dicitur laureola ab arbore lauro que nunquam viriditatem deponit et olim victores coronabantur ea cum laude. Est enim hec laureola corona laudis. dic etiam quod potest nuncupari aureola: et dicitur ab auro deriuatiue propter ipsius splendorem. ¶ †Ultimo extra gl. quero qualiter defendet se hec mulier ex quo dicebat se monacham. dicunt Gof. et Host. quod cum ista mulier sit in possessione monachatus defendetur lite pendente per syndicum monasterii et habebit expensas a monasterio cum non videatur habere proprium. de accu. c. ex parte. et c. olim. et si apparebit cognita educetur de monasterio cum rebus eam sequentibus non cum his quas separatim obtulit. facit secundum Jo. an. quod no. de ele. c. coniuga. quod a te. et in c. licet. de regu. et sic etiam transit Hut. et Inno. ¶ †Uidetur isti ergo velle quod vitiato ingressu[b] non reuocantur bona collata monasterio separatim ab ingressu sed tantum illa que transeunt ad monasterium accessione ad personam. Tu vero dic melius l3 gl. in aut. ingressi. C. de sa. san. ecc. et in corpore vnde sumitur. et in aut. de mona. §. illud. sentiat id quod hic Gof. et Host. Bar. tamen aliter in d. aut. ingressi. vnde distingue post eum sic quod quando quis obtulit se nec aliquam mentionem fecit de bonis ita quod bona transeunt accessione ad personam iuxta not. in aut. ingressi. C. de sac. san. eccle. et in c. in presentia. de co. et tunc secundum omnes vitiato expresse scilicet ingressu vitiatur tacite bonorum transitus. quandoque quis obtulit se et expresse etiam contulit sua: et tunc subdistingue: aut credebat ingressum tenere: aut sciebat non tenere. Primo casu bona recuperat licet expresse collata: quod probat Bar. primo per l. si pater. et l. nec apud. C. de here. insti. vbi si aliquis credit aliquem fratrem vel filium: et hac contemplatione relinquit sibi bona sua reperto contrario illa bona auferuntur ab eo cui fuerant per errorem relicta: et veniunt ad succedentes ab intestato. et de hoc vltimo est tex. no. in d. l. nec apud. Ad idem pro primo dicto adduco. l. si. ff. de here. insti. facit. xvii. q. iiii. in c. si. add ucit etiam Bar. l. non omnis. ff. si cer. peta. vbi si quis donauit et tradidit causa mortis donationem reuocat conualescentia superueniente. ita in proposito iste qui intrauit religionem videtur donasse causa mortis mundane cum sit mortuus mundo. l. deo nobis. C. de epi. et cle. c. placuit. xvi. q. i. cum ergo non sit mortuus debet posse reuocare. ad idem. ff. et C. de condi. ob causam da. et causa non secu. per totum. et hanc opi. expresse sentit glo. in d. c. quod a te. Hec opi. mihi placet quando ex coniecturis apparet quod ratione ingressus illa bona contulerit. vt puta quia tempore ingressus dedit omnia sua. non enim est presumptio quod dedisset omnia sua vel maiorem partem fine sc. arg. illius. c. si. xvii. q. iiii. de renun. c. super hoc. vel similiter si non dedit omnia vel maiorem partem aliqua expressit ex quibus apparet de tacita intentione sua. arg. l. licet. ff. de lega. i. vel dedit in ipso puncto ingressus. Secus autem vbi ex interuallo aliqua donasset vel aliis coniecturis presumi potest quod non causa ingressus donauerit quia perfecta donatio non reuocatur l. c. si. de dona. et C. de dona. que sub modo fiunt. l. perfecta donatio. ¶ Scdo casu quando sciebat ingressum non tenere non reuocat secundum Bar. et bene quia videtur libere donasse. arg. l. cuius per errorem. ff. de regu. iur. et l. campanus. ff. de ope. libe. cessat enim hoc casu dicta presumptio quod fecerit causa ingressus etc. Nico. Abbas.

b Anto. Fran. ¶ Ingressu. An vitiato ingressu vel monacho quocunque exeunte de primo monasterio et transeunte ad aliud monasterium cum applicentur bona: et an illa transeat in scdm monasterium. vide que plene habentur in c. licet. de regu. et in aut. ingressi. hic alle. et in aut. si qua mulier. eo. tit. et vide per Bar. in l. si communis. in si. ff. de stipu. ser. et in l. i. in §. si fructuarius. eo. ti. per Pau. de ca. et Alex. in l. cum fundus. §. i. in si. ff. si cer. pet. et per Bal. in l. quidam clogio. in v. col. C. de iure deli. et vide Ange. in aut. de epi. et cle. §. si monachus. et per Spec. l tit. de sta. reg. in §. vi. in ver. xiii. et xxiiii. et seq. et vide Bald. in l. i. C. de inge. et vide do. Cardi. in cle. i. in §. quia vero. de statu mona.

c→Sebasti. Sapia.

b ¶ Ingressu. vide Bal. i. l. i. C. de ingenu. et manu. et i d. aut. ingressi. C. de sacrosan. eccl. in v. quod. vbi videtur contrariari his que dicit do. Abbas hic.

c ¶ Acta substantialia. Licet partes non possint expresse renunciare quod coram iudice ordinario vel delegato procedatur sine substantialibus iudicii. vt no. glo. in c. si. de re iudi. li. vi. et habetur in c. i. de offi. deleg. et vide Alexan. de imo. in l. si conuenerit. circa prin. ff. de re iudic. tamen si dubitetur an iste solennitates interuenerint in iudicio statur confessioni partium quod fuerunt facte. Casus est singularis hic. et vide quod ita firmant Jo. an. et d. Ant. et ad idem vide abb. in recollectis. i. c. cum causam. cl. i. circa prin. de testi. sed contra hoc facit quia quando quis non potest renunciare solennitati alicui non statur eius confessioni quod solennitas illa intercesserit: vt no. Jo. an. in c. quoniam contra. sup glo. si. s. eo. ti. et probatur i. l. qui testam. ff. de proba. et i. l. cum quis decedens. §. titia. ff. de leg. iii.

1 Acta originalia si reperiantur apud iudicem de facto non per hoc fides eorum vacillat.

2 Confessioni partium statur si acta substantialia sunt deperdita: vel si dubitatur an interuenerint.

3 Rescriptum directum alicui vt faciat sibi exhiberi acta in vna causa: an possit dici surreptitium.

Cum bone. Acta etiam litis ordinatoria facta coram primis iudicibus fidem faciunt coram scdis. h. d. de eodem facto de arbi. cum tempore propter non diuiditur. ponit enim cuiusdam commissionis formam bimembrem: et scdm membrum ibi alioquin. ¶ Casus in terminis. Inter episcopum marsbnrgen. ex parte vna et abbatem et conuentum pigamen. monasterii super statu ipsius monasterii et quibusdam spoliationibus contra abbatem factis a predicto episcopo questio vertebatur: super his causa commissa fuit quibusdam iudicibus coram quibus litis contestatio facta fuit prout partes confitebantur et processum in causa sed non determinauerunt eandem ipsam certis de causis ad papam remittentes. Preterea papa causam eandem commisit iudicibus istis mandans eisdem quatenus acta originalia que apud priores iudices remanserunt debeant inquirere diligenter et ipsa si potuerunt inueniri: et si contra alia partes duxerint proponenda in scriptis redacta ad suam presentiam remittant. Si vero acta inueniri non poterunt cum non reuocentur in dubium de contestatione litis super statu monasterii et spoliationibus predictis recipiant probationes partium de nouo et audiant si partes voluerint tractare de compositione: et quod super hoc inuenerint et causam sufficienter instructam ad dominum papam remittant. Ber. ¶ No. i. singulariter istum tex. pro consuetudine quorundam iudicum maxime rectorum et potestatum aliquorum locorum qui finito officio retinent apud se originalia actorum gestorum sui officii. contrarium tamen innuit tex. in c. quoniam. s. eo. debent enim remanere apud scriptores. vt ibi. vide omnino que ibi dixi. Jo. an. ibi intelligit quod de facto potius quam de iure remanserunt hic apud iudices. Et secundum hoc collige aliud notabile sic. ¶ †No. quod licet acta originalia cause

1 debent remanere apud notarium cause: tamen si reperiantur de facto apud iudicem etiam finita iurisditione non per hoc eorum fides vacillat. vt hic

2 quod tene menti. ¶ †No. ii. et tene semper menti quod actis perditis non presumatur pro contestatione litis vel aliis actis ordinatoriis vel decisiuis nisi aliter probentur interuenisse puta per testes vel partium confessiones. Ex hoc et ex tex. not. vnum singu-

c lare quod licet acta substantialia[c] iudicii non dependeant a partium consensu vt illa possint omittere et ideo dicit Jo. an. in addi. Spe. in rubri. de re. eccle. non alie. quod non statur confessioni prelati quod subsit legitima causa alienandi bona ecclesie cum huic solennitati renunciare posset prelatus. cum ego super hac difficili contrarietate conferrem cum domino meo domino Fran. de are. ipse dicebat quod in casu huius decre. bene statur confessioni partium quia erat presumptio quod litis contestatio et alii actus iudiciales intercessissent ita circumscripta confessione partium. cogita bene. vide tamen ad predicta que scribit d. Anto. in c. cum causam. cl. i. in antepenul. col. de testi.

¶ Adde tu quod Ro. singu. suis fo. vi. incipien. tu scis quod confessio. dicit quod hec decretalis habet tantum locum in actibus iudicialibus. vnde quod exemplificatur de prelato non bene congruit.

a Sebasti. Sapia. ¶ Partium confessioni. Quod regulariter nõ stet tenet Bar. in l. sciendũ. col. j. ff. de verb. obli. & Bal. in l. iubemus. C. de iudi. vbi dicit q partes nõ possunt disponere cõtra formã legis & no. Ang. in l. sed & si quis. §. quesitum. ff. si quis cautioni.

b ¶ Per testes. Et de inuẽtiõe modi pbãdi p testes & eius causa vide p beatũ Tho. in scda scde. qõ. lxx. articu. ij. Antoni⁹ Frãcis. ¶ An stetur confessiõi partiũ de interuẽtu actorũ dicas q acta psũ munt i dubio interuenisse nisi 3a rũ cõstet vel ex inspectione ipsorũ actuũ & pcessus vl alio modo: ita Bar. in l. hi q. C. de appel. imo dixit Bal. in l. fi. in prĩnpe. col. C. de re iudi. q acta psumunt iusta & valida sicuti et psumit sñia: de quo plene in l. sciẽdũ. ff. de verbo. obl. & vide Barto. in l. illud. ff. de acq. he re. & Pan. de ca. in 3si. ix. & an stet dicto plati quod subsit legatis cã alienatiõis rei ecclesie. dicas q plat⁹ non põt alienare res eccle. nisi cum solẽnitatib⁹ de q bus in c. nulli. et toto tit. de re. ecc. nõ alie. & in c. sine exceptione. xij. q. ij. & hodie nõ põt talis alienatio fie 3 ri nisi cũ solẽnitate de q̃ in cõstõne Pauli scdi sub rubri. de re. eccle. nõ alie. & si diceremus qõ prelatus posset dicere subesse legitimã cãm & staretur ei⁹ dicto facile posset ecclesie pudicare qõ non est aliquo pacto dicendũ. ideo puto super hoc esse multum cogitandum.

Sebasti. Sapia.

b ¶ Per testes. vide vnũ qõ ex hoc nouiter infert. d. And. siculus in rubri. de fi. instr. col. j. i repeti. vñ. ex quo infero vnũ qõ tibi videbitur nouum.

vel nulla ratificare de lit. cõtesta. c. vno. de dec. dudum. el. ij. l. nemo potest. cum ibi no. ff. de leg. j. qõ no. Inno. in c. causam. §. ti. prori. Si tamen dubitatur an ista interuenerint vel perditis actis originalibus vel alio modo statur ipsarum partiũ cõfessioni vt hic singulariter probatur. Et sic habes casum singularem in quo super non dependẽtibus a mera facultate partiũ statur ipsarum a partiũ confessioni[a] cõtra c. super eo. de eo q cog. cõsan. vxo. sue. sed dic hoc cõtingere quia tractabatur hic de modico vel nullo pudicio. nec iminebat peccatũ in altero casu. acta vero nõ substãtialia possunt partes cõmuni cõsensu ratificare: vt in c. cũ causam. pcallega. & ibi Inno. vide tñ vnum exquisitum modũ ratificandi omnia acta etiã nulla per gl. & Bar. in l. mutari. ff. de procu. vt si dicat actor libellum de nouo pduco: positiones capitula testiũ depositiones &c. & reus codẽ ordine respõdeat qõ an sit verũ als examinari. ¶ Uenio ad glo. & prima primo colligit q acta originalia debent semper remanere apud iudicẽ sine scriptorem &c. ¶ Nota bene glo. dum loquit alternatiue. sentit enim qõ. c. quoniam. ẽ. co. suppleatur per istud vt sic non solum apud scriptores: vt ibi. sed et apud iudicẽ vt hic remanere debent. dic vt. ẽ. dixi & vide in d. c. quoniam. vbi plenius. secũdo colligit q attestationes in vno iudicio recepte fidem faciunt coram alijs. ¶ Aduerte hoc indistincte verum si instãtia nõ est adhuc perempta quid autem perempta instantia vide plene quod dicetur in c. causaz. §. ti. j. & per Bar. in l. cũ lite mortua. & l. cum apud. ff. iudi. solu. dicit tamen Host. hic probari q instãtia litis non perit cursu triẽnij cũ hic lis fuerit inchoata tempore Celestini. & per Inno. cõmissa cui postea successit Honorius qui plus vltra triẽnium vixit & modo erat corã Grego. Tn plene de hoc vide qõ dixi in c. penul. ẽ. de iudi. an autem faciant fidẽ acta adhuc non publicata. vide quod dicetur in 3 c. causam. alie glosse sunt faciles. ¶ † Extra glos. quero pone alicui mandatur vt faciat sibi exhiberi processum alicuius cause: nũquid cõtra tale rescriptum possit de surreptione obijci puta qõ hoc fuit alteri cõmissum de quo nõ est facta mentio in secundo. Inno. & Host. q sic de rescrip. coterum. nisi per appellationem vel alio modo ad superiorẽ fuisset causa deuoluta: quia tũc valet. de offi. deleg. pastoralis. §. preterea. vel si partes fuissent absolute a primo iudice ab obseruatiõe iudicij. C. de iudi. l. properandum. & no. hoc vltimũ vel aliter expirasset iurisdictio primi iudicis. et hec sufficiant. Abbas.

¶ De testibus & attestationibus. Rubrica.

¶ Rubrice huius continuatio patet ex cõtinuatione facta in precedenti ti. vel magis specifice cõtinuando ad rubricam proximam pcedentem cõtinuatur sic. Supra visum est de probationibus in genere merito vt materia magis clarescere subijcit de speciebus probationum. plures enim sunt ipsius species. Nã quandoq probatur per b testes[b] quãdoq per instrumenta per psumptiones: & per iusiurãdum: ideo de his omnibus tractat in sequentibus: quia probatio que fit per testes est efficacior alijs cum fiat viua voce. j. de fide instru. cum Jo. cũ ibi notatis. ideo pmittit tractatũ de testibus & postea subiungit de alijs speciebus. Sed pro declaratione rubrice queritur de duob⁹. Primo queritur quare dicit de testibus in plurali cum in C. & ff. solum fit mentio in singulari. Secundo quare subijcit de attestationibus cum sufficiebat dixisse de tec testibus[c] sicut fit in C. & ff. ¶ Ad primum dicit Jo. and. hoc esse de arbitrijs que dependent a principum voluntate de quibus nõ tenentur rationem reddere. l. non omnium. ff. de legi. no. in c. si quãdo. de rescriptis. vel potest dici fm eum quod ideo dicit in plurali: quia regulariter in qualibet causa duo testes requiruntur. j. c. licet. j. et. ij. & c. veniẽs. cum multis similibus. Primum tamen plus sibi placet: qõ videtur probari per rubricas sequentes in quibus dicitur in plurali. & tamen non requiruntur plura: vt patet de fide instrumen. de presumptionibus. & ẽ. de procuratoribus. vbi dicit in plurali. & tamen sufficit vnus procurator in iudicio. Ego tamen puto quod ideo dixit in plurali: q in nigro tractat quot testes requirant: qualiter preualeant alijs: qualiter reprobẽtur &c. vnde fere totus tractatus est in plurali. ¶ Ad secundum quare dixit de attestationibus remittit Joã. and. ad no. per eum super rubrica de homici. in secunda obiectione. Secundo soluit quod tractatus attestationum est per se de quibus tractant specifice aliqua iura: vt in c. in causis. c. presentium. c. cum causam. cum multis similibus. & hoc placet. Tractaturus enim autor de testibus & personis eorum & numeri requisitione ac de ipsorum depositionibus seu dictis ne haberet materiam geminandi rubricam subijcit hic de attestationibus. ¶ Et not. quod dictum testis appellatur attestatio: quandoq depositio. dicto. c. cum causam.

1 ☞ Testis productus a parte sine aliqua citatione tanquam suspectus non potest recusari.
2 Actus explicandi a ieiunis.
3 Idoneus testis & omni exceptione maior est ille cõtra quem nulla exceptio legitima potest opponi.
4 Testis quando testificatur an necessario debeat esse ieiunus.
5 Concilium cetus & conuentus idem important.

Placuit. Breue est continens tria dicta & cõmuniter non summatur: sed pro iuuenibus summo sic. Precio non debent testes ad testificandum induci. hoc primo. Quisq fidelis ad testificandũ induci potest nisi probetur indignus. hoc scdo. Nemo nisi ieiunus testimoniũ dicere põt. hoc tertio. Et partes patent. ¶ Casus literalis. Per se patet per illud qõ hic dicitur. Ber. ¶ No. primo ibi: precio &c. nihil enim dicit de precibus ex quo argue fm Hosti. qõ preces interuenire possunt dũmodo cesset 1 corruptio: quo casu loquit. j. eo. quoties. ¶ † No. bene hoc dictũ quia licite rogatur quis vt testimoniũ perhibeat veritati ex quo argue qõ testis productus a parte sine alia citatione nõ potest tanq̃ se ingerẽs d & suspectus recusari[d] q precibus partis producẽtis potuit induci vt hic. qõ bene not. & sic non debet dici se ingerere. & sic reperi conclusisse domi. de Ro. decisio. xxxvj. & aliquid subijciam in c. seqñ. Quare autem preces & non precium interuenire possunt. dic q citius corrumpi e tur precio[e] q̃ precibus. cito enim dicit canon violatur iustitia auro in c. pauper. ij. qõ. in. in collatione tamẽ spiritualium etiam preces cessare debent. j. q. j. sunt nõnulli. de quo dic vt leg. & no. in c. tuam. de eta. & f qualita. ¶ No. scdo q edictum[f] de test. est prohibitorium. s. certarum personarum & permissorum regule qualibet enim admittitur nisi ex 2 presse reprobetur. ¶ † Nota vltimo vnum actum qui explicandus est a ieiunis. s. actus testificãdi an hoc sic de necessitate an de honestate dicam cum glo. plures alios actus a ieiuno explicandos. vide per gl. in c. sacra. de consecra. distin. j. & vltra illos addit Hostiẽ. hic vnum. s. predicare verbũ dei. honestius enim fit a ieiuno vide pulchrũ tex. Hiero. in c. ecclesie principes. xxxv. dist. tamẽ fm Joã. an. seruatur quandoq contrariũ: quia post prandiũ plerũq habetur populus melius & per predicationem tunc factã retrahuntur homines a peccatis vel saltem tunc desistunt & interrumpuntur alias nullum tempus impedit cõsilium sane mentis. C. de trãsac. non minorem. saluo qõ no. de offi. deleg. consuluit. §. fi. dic qõ istud nõ fit propter defectũ rationis & sane mentis contingentem post prandiũ: sed vt deuotius & sobrius recitet verbum dei. Nã tempore ieiunij facilius quis compũgitur & eleuatur ad contemplationẽ dei iuxta illud prefatio qõ cantatur in missa tempore quadragesimali. Qui corporali ieiunio vitia compescis mentem eleuas &c. Quis autẽ dicatur ieiunus vide ho. glo. in d. c. sacramẽta. & no. in c. si cõstiterit. j. de accu. & breuiter potest dici ieiunus perfecta digestione etiã sine dormitione. de cõse. dist. ij. tribus. licet quidã contra respectu dormitionis. ¶ Quero qd si precio testes fuerunt inducti. Rñdet glo. ij. testimonium nõ valere quia corrupti sunt & dic qõ possunt accusari de falso. l. j. ff. de fal. no. Bar. in l. diuus. ff. de re iudi. vide qõ dixi in c. licet. ẽ. ti. proxi. Et no. qõ alio nõ probato presumitur corruptus. & intelligo istũ tex. de pecunia nõ recipiẽda pro actu testificãdi. debet enim dictũ testis esse gratuitũ. xiiij. q. v. nõ sane. nam pro expẽsis ficiendis

c ¶ De testibus. Quare autem appellet testis & vnde dicat & qd sit eius officium. ponit Archi. in c. testes. circa principium. in. q. ix.
d ¶ Recusari. Adde Alexan. consi. lxviij. lib. j.
e ¶ Precio. Adde limitandum vt per Ro. singu. suis. fo. ix.
f Sebasti. Sapia. ¶ Edictum. hoc idem voluit glo. in l. quoniam. C. de hereti. probatur in c. cum apud vbi Abb. in primo notabili. j. de sponsali. & in l. mutus. §. cum queritur. ff. de procurato. Contrarium tamen tenet d. Nellus in tracta. de teste. in principio.

a ✠ Sebasti. Sapia. ¶ Cōgregatio. Uide cumulata per Feli. in. c. capitulum sancte Crucis. col. j. ş. de rescrip.

b ¶ In noie dñi. Uide qđ no. do. de ro. deci. cxxv. ſm ordinē meum nouissimam. ⁊ in eo ordi. deci. clxvij. Et adde ꝙ in casu huius decre. sufficit vnica citatio sine pemptorio ſm do. Ant. post Jo. an. i. c. ꝯsuluit. i v. col. de off. dele. sed Bal. i. l. ſi qñ. in. ij. col. C. ð test. tenet cōtrariū ꝙ immo exigit pemptoria qr in testibus cōsistit tota vis iudicij. Et ꝙ nō requirat pemptoria tenet do. Anto. in. c. pastoralis. in. vij. col. ş. de exce. Et vtruz sit necesse qđ qui citat ad videndū iurare testes citetur personaliter: an sufficiat citari ad domū vide plene p do. Ant. in. c. fin de eo qui mit. in pos. in añ penul. co. ⁊ plene p Jo. an. i rc. iur. presumit. lib. vj. in mercu. ⁊ p do. Anto. in. c. significauit. in penul. col. versi. vlt. glo. ş. eo. tit. ⁊ p Bar. in aut. ſi quis ab aliquo. i vlti. col. C. ð testi. Et addō qđ quādo examinandus est testis cui certū est nihil posse opponi nō est necessaria presentia ptis. istud dicit. d. Ant. i. c. veniens. el. j. l. ij. col. j. c. Et qñ datus est terminus ad pbandū verū si pars velit pducere pbatiōes infra terminū alia pars sit citāda. vide per Bal. in. l. ſi. in ſi. j. col. C. qui admi. vbi dicit qđ si pbatiōes pducunt in fine termini assignati nō est necesse citare partem secus si producerent alias infra terminū: vt dicit Bar. in. l. ij. ante mediū. C. de tēpo. ap. ⁊ vide qđ de hoc multū late scripsi post. d. Abb. i c. Quis. de ap. sed idē Bal. videt aliter distinguere in ſi. q. in aut. ei qui circa prin. C. de tēpo. ap. ş. an sit assignatus terminus ab hoie ⁊ nō rogatur citatio: vt. c. sepe. de ap. aut a iure ⁊ tunc requiritur. vide tñ eundem Bal. in. d. l. ſi qñ. C. de test. an autē qñ vna pars sit citanda: dic ꝙ aut quis pducit ad effectū notificatiōis ⁊ nō est citāda. ita dicit Bal. in. d. l. ſi quādo. in ſi. p tex. in. c. charte. iij. q. ix. Et adde hic Bal. in aut. hodie. circa prin. C. de iur. calum. vbi dicit qđ licet sit citanda pars in examinatione testis: tamē si prius testis deposuit ⁊ modo velit declarare dictū suū nō erit iterato pars citanda. Sed an sit nulla examinatio testiū facta parte nō citata. dic qđ sic ſm Bar. in aut. qui semel. in v. col. versi. quero quid si publicatio. C. de proba. Et idem dicit domi. Ant. ş. eo. c. fraternitatis. in. xxvj. col. vij. idem dicit. Et adde qđ si notarius scripsit: ⁊ talis testis iuratus deposuit non tñ ex hoc psumitur partem fuisse citatam ad videndū iurare testes. h. d. do. Ant. in. c. fraternitatis. i vj. char. ş. eo. ⁊ vide qđ ibi no. Et de illo articulo qñ est assignatus alicui terminus ad probandū an qñ vult pducere pbationes debeat facere citari aduersariū vide Bar. in. l. q añ kalendas. ff. de v. obli. ⁊ in extrauagan. ad repri. in ver. de plano. circa medium coniuncto eo qđ scribit Bar. in. l. ſi. illius ver. ⁊ ad videndū iurare testes sufficiat vnica citatio sine peremptorio: tenet do. Anto. in. c. quoniam frequenter. ş. in alis. in. iiij. col. vt lit. nō conte. Et adde hic qđ testis examinatus parte nō citata facit indicium ſm Bar. in. l. hereditarias. ff. de cri. expil. here. adde hic casum in quo testes recipiuntur parte nō citata vꝫ in casu. c. preterea. el. ij. de sponsa. ſcđm vnā lectu. quam refert

fiendis in veniēdo: stando ⁊ redeundo: licite dat pecunia. de quo dic vt i. c. statutū. in ſi. de rescrip. li. vj. ⁊ iiij. q. iij. vēturus. 3 ¶ † Ulterius queritur quis dicat idoneus testis dicit gl. ij. qđ quilibet presumit idoneus nisi expresse reprobetur. de psump. c. ij. ¶ No. glo. iuncto tex. qđ ille dicit idoneus testis qui nulla exceptione legitima repelli potest talis etiā dicit omni exceptione maior in c. j. de cōsan. ⁊ affi. vbi no. 4 ¶ † Itē quero nūquid testis debeat esse necessario ieiunus. Gl. vlt. dicit qđ nō ad istū tex. respōdet ꝙ loquit de honestate alle. xxij. q. v. honestum. Jo. an. super tex. dicit qđ salua glo. posset dici hūc tex. pcedere in locis vbi sunt hoies impotētes vel indiscreti post potum. Cōtra hoc facit illa dictio vniuersalis negatiua nullus ⁊c. ⁊ sic cōprehendit oēs tam potentes ꝙ impotētes quapropter nō esset absurdū dicere vt idifferēter testes examinent ieiuni: quia sunt magis sobrii. Sed pp̄ter has opiniones cōtrarias esset standū cōsuetudini que est optima legū interpres. de cōsuetu. cū dilectus. ⁊. l. ſi de interpretatiōe. ff. de legi. Potest etiā queri quid denotet litera ibi cōuentui. Joā. an. exponit. i. concilio. et hec expositio satis probatur ex suprascriptione. 5 ¶ † No. ex hoc qđ non solum cōuentus dicit religiosorū congregatio: a sed etiam concilium generale: dicit enim a cōueniēdo in vnum. vnde cetus conuentus synodus ⁊ conciliū idē importāt. Et de his ⁊ quibusdā aliis vide ho. tex. in. c. j. xv di. ¶ Ultimo no. in gētū tex. hic videt repellere infideles excipe casum. c. cōtra christianos. de hereti. lib. vj. vbi ho. tex. cum glo. Abbas.

1 ☞ Testis debet astringi iuramento vt testificetur pro vtraqꝫ parte.
2 Admonitio iudicis habetur pro trina citatione
3 Una citatio cōiter sufficit in meritis cause.
4 Actus depositiōis testiū refert ad tps iuramēti.
5 An lex que prohibet actū fieri apponendo penā videatur actum etiam annullare.
6 Que requirant ad hoc vt testes dicant idonei.
7 An semp ps debeat citari ad videndū iurare testes
8 Pars debet citari ad videndū publicationē testium quando proceditur per inquisitionem.
9 Judex potest facere ad instātiā ptis vt testes examinent clandestine: qñ timet potētia aduersarij.

hic do. Abb. ⁊ de hoc an sit necessaria citatio ptis qñ statutū pfigit terminū ad pducēdū. vide Bal. i. l. j. i ſi. de ſi. dimi. ⁊ Bal. in. l. sicut. i ſi. C. q accusa. non pos. ⁊ in. l. j. ş. ſi. ff. de fer. ⁊ tex. huius decre. in nomine domini. limita valde mirabiliter vt p Bal. ⁊ Pau. de ca. post Gul. de cu. in. l. ad egregias. ff. de iureiur. quāuis eius dictū nō sit verū qr est contra casuz aptū in. l. ij. ş. sinaūt vł dignitas. C. ð iura. cal. Itē addō qđ intātū necessaria ē citatio ad vidēdū recipi testes qđ si papa simplr delegat receptionē testiū vł data ptās citādi ptes ad vidēdā receptionē testiū tex. est in. c. ꝯstitut⁹. ⁊ ibi no. do. Ant. in. j. col. ş. ð appel. Itē ꝙ sufficiat vnica citatio sine peremptorio ad vidēdū iurare testes. firmat Bar. i. l. ſi finita. ş. iuli. circa prin. ff. de dā. infec. ⁊ in. l. ꝯsentaneū. C. quo ⁊ qñ iu. dicit eū Gul. de cu. ⁊ Bar. i. d. l. ad egregias. qđ qñ mittit ad mulierē p testimōio nō dꝫ pars citari vt veniat ad vidēdū iurare mulierē. secus diceret si mitteretur ad aliā psonā priuilegiatā: qr tūc dꝫ citari pars vt vadat cū tabellione ad domū priuilegiate psone vt videat ipsaz iurare p tex. i aut. vt lit. iurēt. ş. ſi do. ſzvi de qđ scripsi post Do. in. c. ij. ş. j. de iudi. lib. vj. vbi h pfectissime declaraui. Itē vide do. i. c. multis. i. ij. no. xliiij. di. vbi p illū tex. dicit ꝙ multitudini testiū non creditur sine partis citatione. ¶ Adde an sufficiat citatio ad domum cum testes examinant ad eternam rei memoriam Alexā. cōsi. ccij. lib. ij. ⁊ quando citatio partis nō sit necessaria cū certum est nihil posse opponi. vide Ro. ꝯsi. cciiij. ⁊ an pars citāda sit denuo cum testis vult declarare dictū suū per eū Ro. consi. cccclxxij. ⁊ an presumatur iuramentū cum notarius scripsit. T. iuratus deposuit. vide Alex. consi. xlij. li. iiij. inquantū hic addens reprobat limitationē Bal. ⁊ Pau. de ca. dic qđ fuit reprobatio Roma. singu. suis. fo. x. incipien. fuit vnus ex vobis.
Antoni⁹ Frācis. ¶ An citatio perēptoria requirat in testib⁹. dicas ꝙ ad iuramēta testium videt requiri peremptoria citatio sed non ad pub. processus ſm Bal. in. l. ſi qñ. in. iij. col. C. de testi. sed Bar. in. l. consentaneum. in. iij. col. in prin. videt tenere cōtrarium qđ nō requirat citatio cū peremptorio. ⁊ istud credo verius tñ citatio testiū peremptoria requiritur nō ad vim pbationis sed ad mulctādū testes ſm Bal. qui ita seipsum declarat in. d. l. ſi quando. in versi. venio ad materiam vtilē. C. de testi. vbi dicit ꝙ semp requirit peremptoria citatio ad mulctandos testes ⁊ alios citatos. sine autē citatione ipsorū testiū ⁊ partis ad videndū deferri iuramenta putarem nō valere depositionē tanꝙ videret testis vltro se ingerere ⁊ sponte ad testificandū venire nisi venirret citatus. ⁊ per cōsequens redderetur suspectus: vt in. d. l. ſi qñ. C. de testi. ⁊ faciunt que habent in materia. l. de vnoquoqꝫ. ff. de re iudi. ⁊ l. nam ita diuus. ff. de adoptionibus.
b ✠ Sebasti. Sapia. ¶ In nomine domini. Extende vt per Abb. in c. significauit. in secundo notabili. ş. eo. extende etiam ad productionem instrumentorum vt per Ang. ⁊ Alexan. ⁊ Moder. in. l. properādum. ş. sinautem reus. C. de iudi.

10 An valeat receptio testium si pars citata noluit comparere.
11 An receptio testium valeat si pars citata nō potuit comparere legitime impedita.
12 Testes qui potuissent repelli ab initio: si sint examinati faciunt iudicium. ş.
13 An quādo testator mandat stari dicto vnius informari de voluntate sua potest ille examinari absqꝫ eo quod pars citetur.
14 Testificatio testis sine ipsius citatione valet.
15 Articuli qñ admittuntur pars non est citanda sed quando producuntur sic.
16 Depositio testiū an valeat si citatus est dñs qui non comparuit: ⁊ procurator non est citatus.
17 Persona pcuratoris inspicit in his que spectāt ad ordinē litis: in his vero que spectāt ad peremptionem litis inspicitur persona domini.
18 Constituti sunt duo pcuratores ita qđ conditio vnius pocupantis nō sit melior: vnus pocupat alter producit testes: an productio teneat.

b
In noie domini. b

Nulla est receptio testiū facta ꝯ nō citatū. Diuidit in tres ptes. Nā primo ponit dictū. Scđo pbat per legem. Tertio concludit. scđa ibi: ne postea. tertia ibi: ecce. ¶ Casus li albs. Eps quidā dicebat ꝙ eo absente vilissimi testes recepti fuerunt cōtra ipsum vnde nō debēt sibi preiudicare: vnde cōquestus fuit dño pape. ⁊ ipse rñdet ꝙ si est ita nullius momenti esse hmōi testes ⁊ istud pbat p legē vbi dicit ne postea obiciat testibus ꝙ per vnā partē gesta sunt oportet vt testimonia dent aduersario a iudice monito vt veniat ⁊ audiat testes. Si vero venire noluerit iusto impedimēto cessante valebunt ac si vtraqꝫ pars psens fuisset: ex qua lege argumentat papa aduersariū semp esse admonēdū vt veniat ad audiendū testes. ⁊ quia hoc hic omissum est firmitatem nō obtinet. ⁊. c. istud loquit de materia illi⁹ decreti. ij. q. j. in primis. Ber. ¶ No. ex principio nomē dñi in actionib⁹ nostris inuocandū cōcor. xxiij. di. i noie dñi. vide pulchrū tex. i. c. nō liceat. xxvi. q. v. vbi dicit oia quecūqꝫ facitis in vbo aut in ope in noie dñi nostri Jesu Christi facite gratias agētes deo. ⁊ habent illa verba originaliter

Supersedit — Quidam [struck through]
Super nobis — 84 Quidam — 37
placuit — 34 Quotiens — 38
personas — 54 Si quis testiu — 43
preterea — 59 Sicut nobis — 44
presentium — 62 Super eo — 48-55
testimonium — 86
Ex parte — 14
Cum litteris — 65
Veniens ad nos — 45
Veniens — 72

Sebasti. Sapia.
a ¶ Ad testes. vide
Bal. i. l. n. i. col.
C. de eden. vbi di
cit ꝙ si testis qui
deposuit pro vna
parte interrogat⁹
p alia pte noluit
rndere: tollitur fi
des suo testimo-
nio vñ multa cu
mulata p. d. Jas.
in. l. pscriptione.
col. ii. in. ii. nota.
C. si ꝯ ius vel vti.
publi. vide etiam
Abb. in. c. cũ. dile
cti. j. de accusa.
Sebasti. Sapia.
b ¶ Qñ iurat. Qñ
testes dicant reci
pi qñ iurant. vid
Feli. ꝛ Are. in. c.
licet tam. ꝫ. de p-
bat. vbi exponit
tanꝙ diuersa re-
cipere ꝛ examina
re: ꝛ idẽ no. abb. i
c. cũ cãm. in prin.
in. iiij. nota. j. eo.
Sebasti. Sapia.
c ¶ Nullitatẽ act⁹.
Qñ actus ꝯtra
legem sit nullus
vide Alex. in ꝯsi.
xxxvij. in. j. col. in
j. volu. ꝛ Deci. in
con. xvij. vñ. de
notario matricu
lato Jas. in. l. oẽs
populi. colũ. viij.
circa mediũ. ff. de
iusti. ꝛ iure.
Sebasti. Sapia.
d ¶ Terti⁹ casus.
Adde aliũ casum
qꝺ testes exami-
nãdi essent omni
exceptione maio
res ꝛ fidedigni q
bus aliqd oppo-
ni nõ posset: ꝛ ꝙ
rũ dicto esset stan
dum hunc casum
ponit Alexan. in
ꝯsi. cxx. incipiẽ.
difficultas hui⁹.
circa mediũ. in. j.
col. in. j. volu. ꝛ di
cit hoc esse de mẽ
te Bar. in. l. theo
pẽpus. ff. de dote
prelega.

Acturũ. xvij. ꝛ facit. j. q. j. cũ paulus. vide aliquas
cõcordantias in Specu. de instru. edi. §. ii. in pri.
¶ No. ii. causas decidẽdas ꝛ instruendas ꝛ ordi
nandas sm ius ciuile ex quo canones nõ obuiãt
vide plene in. c. j. de no. ope. nũ. ꝛ generaliter an
ꝛ quãdo valeat lex ciuilis respectu ecclesiarum ꝛ
personarũ ecclesiasticarũ. dico plene in repeti. c. ꝙ
1 in ecclesiarũ. de ꝯsti. ¶ † No. iij. ꝙ testes ᵃdebent
a esse cõmunes ꝛ deponere pro vtraqꝫ parte ꝛ nõ
pro producẽte tantũ. xiiij. q. v. non sane. ꝛ ad hoc
iuramẽto astringi debent: vt not. glo. in. c. frater-
2 nitatis. j. e. ¶ † No. ibi: a iudice aut defensore ꝛc.
ꝙ iudex põt monere ꝛ citare partem per se ꝛ per
alium. s. defensorem. i. nunciũ quinimo plus di-
co ꝙ etiam vbi requiritur trina citatio sufficit
vnica monitio iudicis: quia illa habet vim trine
citationis: vt in. l. ii. C. qño ꝛ quãdo iudex. ꝛ vide
glo. in. c. consuluit. de offi. deleg. in ver. terminũ.
3 ¶ † Item no. sufficere vnicam citationẽ ad actũ
receptionis testiũ: ꝛ cõmuniter in medio cause
sufficit vnica citatio. vide plene per Inn. ꝛ alios
in. d. c. consuluit. aliquid per eundem in. c. ad pe-
titionem. de accusa. ¶ No. ibi: sꝫ ipso presente fa
cta fuissent ꝛc. ꝙ absens contumaciter habetur
pro presente in sui preiudiciũ ꝛ actus eo absente
explicatus perinde valet ac si eo presente factus
fuisset. concor. c. veritatis. de dolo ꝛ contu. ꝛ. c. ii.
de arbi. lib. vj. ¶ No. ꝙ temporaliter impeditus
non tenetur venire nec per aliũ cõparere ꝛ actus
gestus eo absente: licet citato pinde quo ad effe-
ctum inualidatur ac si nulla citatio fuisset facta.
de quo aliquid. j. ꝛ in. l. quesitum. ff. de re iudica.
Item no. ibi ꝛ non ex ineuitabili necessitate ꝛc.
ꝙ quelibet necessitas excusat. ꝺ alibi dicit tex. ꝙ
leuis febricula ꝛ vetus quartana non excusat. d.
l. quesitum. ꝛ no. glo. in. c. placuit. xviij. dist. vide
4 generaliter no. in. c. querelam. de procu. ¶ † No.
ibi: ad audiendos testes ꝛc. iuncta gl. ꝙ testis vi
b detur recipi ꝛ deponere quãdo iurat. ᵇactus eñ
depositionis refertur ad tempus iuramenti. ad
hoc. l. si quãdo. C. de testi. ꝛ tetigi in. c. licet. de pro
5 batio. ¶ † Ultimo no. ꝙ actus gestus contra le-
gem est nullus. concor. x. distin. vides. ꝛ regula ꝙ
contra ius. de regu. iur. lib. vj. ꝛ. l. non dubiũ. C.
de legi. Et anteꝙ vltra pgrediar quia hoc est sa-
tis vtile canonistis: quero an hoc sit verum indi
stincte: maxime vbi pena est apposita. Distingue
aut dispositio est nõ penalis aut penalis. primo
casu actus regulariter est nullus: vt hic ꝛ in iuri
bus superius allegatis qꝺ intellige quando lex
habet perpetuã causam phibitionis id est ratio
prohibendi est perpetua. secus si temporalis. qꝺ
declara vt no. in. c. tua. de spon. duo. vbi glo. ꝛ. x.
distin. vides. ꝛ est bona gl. declarans hoc primũ
membrum quando dispositio non est penalis in
regula que contra ius fiunt. pre allega. quã omni
no vide: sed difficultas maxima est in scdo mem-
bro qñ dispositio est penalis. in quo varii varia
senserũt vt no. per legistas in. l. non dubiũ. palle.
vbi plene. ꝛ per Bar. in. l. pretor. in prin. ff. de no.
ope. nuncia. Quidam enim simpliciter dixerunt
ꝙ per appositionem pene sustinet actus quia lex
nõ videtur tunc simpliciter prohibere: sed vltra
processit apponendo penam. hoc verum nisi lex
inducat vltra penam etiam actus nullitatẽ. sicut
facit tex. in. l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. ꝛ in. c.
quia propter. de elec. Hec opi. non videt placere
Bar. in. d. l. pretor. alle. d. l. iubemus. ꝛ multa alia
c iura que vltra penam inducũt nullitatẽ actus. ᶜ
Sed certe posset rnderi ꝙ in illis iuribus lex nõ
fuit cõtenta pena extrinseca: sed etiã voluit indu
cere nullitatẽ actus. ipse tñ Bar. multũ instat in
d. l. pretor. ꝛ in effectu vult ꝙ aut nullitas actus
tendit in preiudiciũ facientis contra legẽ ꝛ habe
bit locũ vtrũqꝫ. s. actus nullitas ꝛ pena apposita
in lege ꝛ hoc in odium ipsius qui voluit actũ ge-
rere cõtra dictã legẽ iubemus. Si vero nullitas
actus tẽderet in preiudiciũ alterius qui nõ fecit
cõtra legẽ ꝛ tunc actus remanet validus ꝛ pena
cõmittitur. Ja. de ra. ꝛ multi alij aliter ꝛ proba-
bilius distinxerunt in. d. l. non dubium. ꝙ aut lex penalis est separata
a lege simpliciter prohibente: ꝛ tũc inducit actus nullitas respectu le-
gis penalis: aut nõ reperitur lex simpliciter phibens: sꝫ solũ respectu
pene ꝛ valet actus: quia ex eadem dispositione pene generalis non cõ-
patitur se cũ speciali: vt in. l. sanctio legũ. ff. de pe. sed ex diuersa lege be
ne cõpatit sm eum. dñs Bal. dicit ꝙ quandoqꝫ nullitas actus non est
pena vt puta quãdo lex detrahit potestatẽ dantis vel administrantis
vel delictũ presumit: ꝛ tunc specialis pena inserta in lege nõ facit actũ
valere: quia sua natura prohibetur ꝛ habet nullitatem intrinsecã. Si
autẽ nullitas pprie loquendo est pena tunc habet locum consideratio
Jacobi ꝛ aliorũ: ꝛ hoc inducit ad statutũ quo cauetur ꝙ nullus con-
trahat quin soluat gabellã de cõtractu: ꝛ si non soluerit gabellã soluat
centũ nomine pene. hoc enĩ casu vt patet ex pdictis valebit contractus
sm eũ: quia lex vltra pcedit imponẽdo penam diuersam a pena nulli-
tatis: vt in preall. l. sanctio. ꝛ hoc mihi satis placet. Et ad primũ mẽ-
brum distinctionis Bal. dicit qꝺ no. gl. in cle. j. de iure pa. quã vide. ad
scdm ꝛ ad dictũ Jac. ꝛ aliorũ satis faciunt iura que vltra penã annul
lant actum. nã si induceretur actus nullitas frustra iura illud expri-
merent. ad vnũ tamen aduerte qꝺ limitat vtrũqꝫ membrum: nõ enim
semp ex nõ obseruãtia legis inducit nullitas ipso iure: sed qñqꝫ pstat
cãm irritandi: qñqꝫ ipso facto irritat. Scire enim debes ꝙ qñqꝫ lex in
bet aliquam solẽnitatem adhiberi tẽpore ꝯtctus: ꝛ tunc si aliter fiat cõ-
tractus est nullus ipso iure: vt in. c. sine exceptione. xij. q. ii. ꝛ. x. q. ii. hoc
ius porrectũ. ꝛ. d. l. n . n dubiũ. ꝛ. c. auditis. cũ ibi no. de elec. ꝛ. C. de te-
sta. l. hac cõsultissima. circa prin. Quãdoqꝫ lex iubet aliquã solẽnitatẽ
adhiberi post ꝯtctum vel aliũ actũ perfectũ: ꝛ tunc si illa solẽnitas non
interuenit nõ inducit actus nullitas ipso iure: sed nõ valet in effectu:
quia debet annullari nisi aliud expresse caueretur in dispositiõe: ꝛ hoc
notabiliter videt probari in. l. vniuersa. C. de preci. impe. offeren. ꝛ ibi
per gl. ꝛ Bar. ponẽ exẽplum. dicit statutũ de quolibet cõtractu soluat
gabella. x. solidorũ p libra: certe si nõ soluitur contractus remanet va-
lidus: licet possit annullari. qꝺ procedit etiã si lex dicat aliꝰ nõ valeat.
debet enĩ intelligi nõ valeat scilicet in effectu: vt in. d. l. vniuersa. secus
si diceret nõ valeat ipso iure vel ipso facto. vide ad hoc gl. in regula in
6 penis. de regu. iur. li. vj. ꝛ hec no. ¶ † Quero quia hic excipiebat testes
fuisse vilissimos que debent cõsiderari de testibus ad hoc vt dicantur
idonei. Gl. prima ponit versus quos sic declara. Cõditio. i. an sint ser
ui an liberi. debent enĩ esse liberi. iiij. q. iij. §. liberi. ad finem. Ibi sexus.
vt scꝫ sit masculus non femina. hoc intellige vt no. in. c. forus. de vbo.
signifi. ibi: etas vt sit maior. xiiij. annorũ si deponit in ciuili. In crimi-
nali vero maior viginti. iiij. q. iij. c. j. ꝛ ver. in testimonium. ꝛ vide Spe.
eo. ti. §. j. versi. item excipitur: quod est impubes. Ibi: discretio vt quis
sit discretus ꝛ mentis cõpos: ad hoc. iij. q. vij. §. tria. Ibi: fama vt non
sit infamis. j. eo. testimonium. Ibi fortuna: vt nõ sit pauper. de quo dic
vt no. j. eod. si qui testium. Ibi fides: vt non sit infidelis. ꝫ. eo. c. j. cũ ibi
nota. Alii ponunt alios versus sed nõ est curandũ. ꝛ vide Specu. eo.
ti. §. iam de interrogatoris. ver. quid si vnus. ¶ Opponitur ꝛ videt
partem nõ citandam vt veniat ad audiendum testes cũ debent depo
nere in secreto. j. eo. venerabili. Gl. in ver. audire. dat duos intellectus
Primus vt audiat testes. s. iurãtes: ꝛ iste est bonus intellectus: ꝛ cre-
do de mente litere ꝙ post publicationem poterit videre attestatiões.
¶ Secundus intellectus vt intelligatur quãdo testes recipiuntur in
causa publicationis. i. ad eternam memoriam: vt in. c. quoniã. §. sunt
ꝛ alij. vt lit. non contesta. ꝛ sic dicit intelligendã auc. de testi. vnde hec
verba que sunt in tex. sumpta sunt. ꝛ tunc expone sm glo. ad audiẽdũ
testes. i. depositiones testiũ. Sed certe iste intellectus in se nõ est verus
quia tunc testes sunt examinandi in secreto: licet postea publicent ad
futuram memoriã: tene ergo primum intellectum. dicit tamen Jo. vt
no. ii. q. j. in primis. qꝺ quelibet partiũ potest interesse depositioni te-
stium: tamẽ non poterit postmodũ super illis capitulis testes produ-
cere: sed Bar. hexi. ibi cõtra qꝺ videt verius sm Jo. an. vt liberius te
stes testimoniũ dicant: ꝛ cõtra rationem qua mouebat Joã. scꝫ quod
pars presens melius sciret interrogare. habemus remediũ sm Joan.
an. vt interrogatoria det in scriptis: vt in. c. ii. eo. ti. li. vj. sm que testes
examinabuntur vt ibi: ꝛ sic etiam seruat generalis consuetudo: vt no.
Accur. C. eo. si quãdo. ꝛ Spe. eo. ti. §. nunc tractandũ. in prin. qꝺ satis
7 mihi placet: ꝛ videt de mente omnium iuriũ. ¶ † An autẽ sit hoc indi
stincte verum vt pars debeat citari ad vidẽdum iurare testes. certe re
gulariter hoc est verum: vt hic. ꝛ. l. si quando. C. eodem. Excipit domi.
Anto. tres casus. Primus vbi factum est notorium ꝛ iudex ad sui in
structionẽ recipit testes. adducit notata per Inn. in. c. bone. j. de elec.
Tu intellige hoc sm notata per eundẽ Inn. in. c. tua. in fi. de cohabi.
cleri. ꝛ mu. ꝛ per gl. in. c. ad nostram. ia. de iureiur. Secũdus casus vbi
agit de informatione persone an sit habilis ad dignitatẽ adducit no.
per Inno. ir. d. c. bone. Ego allego Inn. in. c. si. de transla. prela. in fi.
vbi hoc ponit. ꝛ intellige hoc qñ pcedit extraiudicialiter parte absen-
8 te: quo casu cessat dispositio huius. c. ¶ † Tertius casusᵈ est quando
d proceditur per viam inqsitiões: adducit no. in. c. qualiter ꝛ quãdo. §.
debet. de accu. sed ego nõ credo hoc fuisse de mente lre. nec puto verũ
in se: quia iura generaliter exigunt partẽ aduersam citandã ad testiũ
receptionem

a ¶ De crimine. Casus in quibus pceditur ad receptionē testiū sine ci-
tatiōe partis sed hos & cōplures alios enumeratos vide p Ro. in suo
singu. no. qd incipit regula est qd ad receptionē. ubi omnino vide. & sic
licet iste text. circa fi. dicat q semper est admonēdus aduersarius tamē
hic patitur fallentias. Itē ad casus hic positos adde q etiam quando
recipiūtur testes
ex officio est ne-
cesse vocari par-
tem fm Io. and.
in addi. Spec. in
ti. de teste. §. nunc
tractādū. in prin.
et dicit q fuit di-
ctum Gul. de suz.
in. l. iurisiurādi.
C. de testi. itē non
est necesse vocari
partē qñ certum
est qd testi nihil
pōt opponi: fm
do. Anto. in. c. ve
niens. i. in. iij. col.
J. eo. Item adde
aliū casuz in quo
non est vocanda
pars qñ testes p-
pter potentiā ei⁹
contra quē pdu-
cunt nō auderēt
deponere. tex. est
in. c. fi. de hereti.
in. vi. & . j. pri. per
Panorm. qd an
sit verū indistin-
cte vide plene per
do. Abb. in. c. pre
terea. ij. circa fi. de
spō. & p do. Ant.
in. c. qm frequen-
ter. in. vij. colū. ut
lit. nō cōtest. & qd
ibi no. cui⁹ dicta
refert & sequit. d.
abb. itē adde aliū
casum qñ ꝯvult
pbare periculuz
suo ꝯsocio l mer-
cantia: qr pōt re-
cipere vel exami-
nari facere testes
qui interfuerunt
periculo partis
parte nō citata:
qr forte est multū
remota. hoc dicit
Bartol. in. l. ij. C.
de naufra. li. xj. &
adde hic not. di-
ctum Io. and. in
c. i. de homi. li. vj.
ubi dicit q qñ ti-
metur periculuz
pōt recipi testes
parte nō citata &
lit. nō cōte. qd di-
ctum refert & ap-
pellat singulare
do. Abb. in. c. cū
nō ab homine. ante mediū. de iudi. p eo allegans text. in. d. c. fi. de here.
in. vj. Itē adde q quando agitur de pbanda cōsuetudine introducta
a populo eiusdē ciuitatis possunt recipi testes parte nō citata. ita dicit
do. Anto. in repeti. c. fi. in penul. char. in ulti. col. illius charte. versi. ad
primū redacta de cōsuetudine. Item adde q ubicūq procederet ispe
cta equitate naturali & iuris gentium nunq requirat citatio ad vidē
dū iurare testes fm Bart. singulariter in. l. ij. C. de naufra. lib. xj. ita in
telligit tex. in. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tut. Sed in hoc ali-
ter videtur tenere Bar. in. l. filius. ff. de donatio. Et adde qd ubicunq
iudex procedit ad informandum se de absentia rei non requiritur cita
tio ad videndum iurare testes. ita tenet singulariter Bart. in extraua
gan. ad reprimendum. in ver. per edictum. per tex. in auten. de exhibē.
& intro. re. §. sancimus. Item adde hic aliū casum quē ponit Panor.
j. hoc eo. tit. c. j. versi. sed quero quid si pars nō fuit citata ad vidēdum
iurare testes &c. Item adde q quādo partes dederunt licentiam iudi
ci ut possit recipere testes in absentia ipsarum nulla requiritur citatio
ad videndum iurare testes: fm Bald. in. l. si quādo. in. ij. col. C. de testi.

receptionem nec distinguunt inter processum in-
quisitionis & alium: ut hic. & in. d. l. si quando. itē
si in ciuilibus in quibus nō agitur de tanto pre-
iudicio citatur pars ut nullo modo supplātetur
a fortius debet citari ubi agitur de crimine: a licet
per viam inquisitionis. nam posset ingeri pena
corporalis que censetur maior qualibet pecunia-
ria. l. in seruorum. ff. de penis. fateor tamē q tex.
illius. §. debet. multū facit pro contraria parte in
eo qd dicit q non solum dicta sed etiam nomina
ipsorum testium tradenda sunt inquisito: & sic vi-
detur q nō sit necessaria citatio ad videndū eos
iurare: cuz tunc sit necesse q nomina tradantur.
et sic colligit ibi Io. and. illud dictum q in causa
inquisitionis nō est necesse inquisitum vocari ad
videndum iurare testes. fatet tamē q practica est
in contrariū. Ego ut dixi non possum mihi per-
suadere hoc cum nullam rationem diuersitatis
videam. & reperio Bart. in. l. fi. ff. de questio. in fi.
aperte tenere citationem fiendam etiam si prius
illi testes fuerint recepti in inquisitione generali
cum ignorabatur persona que cōmiserat malefi-
cium. iuxta no. per Inno. in. c. bone. j. de elec. et sic
b intellige illud dictum Inno. b Ad tex. c. qualiter.
posset responderi q ultra citationem ad vidēdū
iurare testes requiritur ut nomina tradant inq-
sito: ut si persone sint sibi incognite possit interro-
gando de illarum qualitate se informare. posset
enim alia pars pmouens inquisitionem vel ipse
iudex ex officio suo adducere testes incognitos:
nec esset satisfactū iquisito videre eos iurare nisi
nomina sibi tradantur: ut sic per traditionē no-
minum possit peruenire ad cognitionem perso-
narum. insti. de leg. §. si quis in noīe. excipio ego
a dicta regula casum notabilem: de quo in. c. fi. de
here. lib. vj. vez in casu heresis cum timet poten-
9 tia inquisiti: tūc enim noīa subticētur. ¶ † Adde
aliū casum qui pōt sub se cōprehendere multos
vez quando quis non audet alicui etiam in ciui-
libus mouere qōnem propter illius potētiam: qr
timet ne interim moriantur testes. potest eñ pe-
tere a iudice ut diu destine recipiat testes ad futu
ram rei memoriam: ut notanter dicit Host. in. c.
quoniam. ut lit. non contesta. & facit in arg. d. c. fi.
10 ¶ † Quero qd si pars citata non curat ire ad vi-
dendum iurare testes. Dicit glo. in ver. noluerit.
qd nihilominus testes recipiētur & valebit depo-
sitio ac si presens fuisset. hoc tamē limitat si lis est
contestata: als non per. c. quoniā. ut lit. nō conte.
pondera duo ex gl. primo qd est in optione citati
an velit ire vel non: quia in hoc tractatur de suo
preiudicio tantum. & de hoc videtur tex. hic. Sed
tu limita hunc tex. & glo. fm notabilem text. in. c.
constitutus. de fideiusso. & ibi per glos. nam qñq
cōstringitur ad eundem velit nolit: ut ibi. Scdo
limita hanc glo. qd ad validitatem depositionis
testiū requiritur lit. contest. s. nisi sit casus in quo
potest procedi lit. nō conte. de quibus legit & no.
11 in cle. dispendiosam. de iudi. ¶ † Quero quid si
pars citata venire non possit. Rñdet glo. in ver.

inevitabile. quod tunc nō debet reputari contu-
max & depositio eo absente facta nō valet si cōsti
terit de impedimēto. Io. an. hic dicit q talis re-
ceptio non est ex toto nulla ex quo pcessit citatio:
sed nō valet quo ad hoc quin possit absens in p-
sonas testiū obiicere sicut potuisset si fuisset pre-
sens. & sic audiet fm eum ultra casus decreta. pre
sentium. j. eo. super quo remittit se ad no. per eū
super regula presumitur. de regu. iuris. lib. vj. in
c mercu. in fine questionis. ibi enim concludit c ci-
tatū personaliter qui venire nō potuit ad oppo-
nendum contra personas testium restituendum
ad facultatem opponēdi in personas testium ea
que tunc potuisset opponere nō obstante qd nō
precessit protestatio iuxta formam. c. presentium.
j. eo. & idem concludit in citato ad domū qui nō
comparuit ut in casibus in quibus citatio ad do-
mum sufficit in receptione testiū valeat receptio
eo absente facta. sed ipse allegans citationē igno
rasse audietur nunc cōtra personas testium licet
non seruauerit formam. c. presentium. sicut audit
fictus contumax appellans. l. ab eo. C. quomodo
& quādo. & no. in clemen. vna. de dolo & cōtuma.
sed ubi non sufficit citatio ad domum: receptio
erit nulla. et an & quando sufficiat citatio ad do-
mum in testium receptionem. vide ibi plene per
Io. an. & quod dixi in. c. causam. de dolo & contu.
et in. c. fi. de eo qui mit. in pos. ¶ Aduerte ego fa-
teor dictum Ioan. an. verum in receptione facta
contra fictum contumacem eo casu in quo valet
receptio in fictum cōtumacem: quia hec receptio
est legitime facta & nil suadet retractationē. arg.
regule factum legitime. de regu. iuris. li. vj. sed in
alio casu quando citatus venire nō potuit & vult
probare legitimum impedimentum: credo q di-
ctum Io. an. non sit indistincte verū. primo per
istum tex. a contrario ibi: & non ex ineuitabili ne-
cessitate. que verba apertissime innuunt testimo
nia tunc nō valere quādo venire nō potuit ex ine
uitabili necessitate. ¶ Item ex secūdo nos habe-
mus regulam q acta contra absentez qui venire
non potuit sunt nulla seu debēt retractari docto
de impedimento in. c. cum bertoldus. de re iudi.
& l. iiij. §. si forte. ff. de dam. infecto. & c. querelam.
12 de procurato. ¶ † Tertio probo sic. citatio fit ad
testes recipiēdos: nō solum ut possint obiicere in
personam cum ad hoc habeat facultatē usq ad
tempus publicationis. ut in. d. c. presentium. sed
ut videat eos iurare & in debita forma. et si opus
erit eos repellere ex toto ut nō examinent. iuxta
no. in. c. ex parte ad c. & in. c. cū causam. j. eo. et ma
ximum preiudicium est si examinati fuerint ubi
prius potuissent repelli a principio: quia tunc fa
mat sic decre. Exceptio contra testes est post publicationem dictorū testium proponenda. Jo. an. dicit bene summationem falsam. Nā lz ꝓbatio possit differri in illud tempus: propositio tamē exceptionis contra personas nō: sed debet fieri ante publicationem vt in. c. presentiū. ſ. e. Ipse autē Jo. an. summat sic. Probatio exceptionis proposite contra testes differri potest post publicationem attestationū. Ego multū miror de hac summatione Jo. an. que licet sit vera in se in nullo summat literam cum in summario de contentis in tex. nulla fiat mentio ⁊ admirari non sufficio cū ipse Jo. an. longe ⁊ melius aliis solitus sit cōpendiose ⁊ eleganter summare tex. adeo vt cōmuniter doc. sequētes soleant cum suis summariis trāsire. Sed nemo potest esse Job vt nō erret in dictis suis vt ipsemet Jo. an. dicit in ꝓemio nouelle super sexto. do. Ant. ſm intellectum qui sibi videtur verus summat sic. Appellatio quo ad finem exceptionis consequende non iustificatur solo exceptionis obiectu vel probationis oblatione. quo ad finem aūt deuolūēdi sic. hec summatio vera est in se. Et melius probatur ex his que leg. ⁊ no. in. c. interposita. ſ. de ap. cui melius congruit ꝗ hic. Nam nil attingit de materia huius ti. nec discutitur hic principaliter virtus appellationis sed exceptionis cōtra testes proposite. ideo summo sic breuiter. Si exceptio legitima opposita contra personas testiū non admittitur licite appellatur. h. d. ſm lec. Jo. an. que hodie cōmuniter approbatur vel aliter ſm lec. quam pono. Si probatio exceptionis opposite cōtra testem productum non admittitur anteꝗ dictū testis recipiat̄ in casu in quo admitti debuit licite appellatur. h. d. Diuiditur decre. ꝑncipaliter in duas partes. In prima ponitur querela. In secunda mandatum ibi: mādamus. Prima facit quinqꝫ. prima nāqꝫ causam iustificat secunda ibi: miles: ponit formā impetrati rescripti vitia notāter exprimendo. tertia ibi: tandē ponit processum postea ex eo secutum. quarta ibi nihilominus: narrat sententiam. quinta ibi: quā nunc ponit euentum post sententiā. Secunda principalis subdiuidit̄ in tres. primo instruit iudices si narrata per presbyterum sunt vera. secūdo si non sunt vera: ibi: si vero. tertio ponit clausulam consuetā ꝯtra personas testiū ibi. testes. ¶ Casus in terminis. Quidam nomine. A. quandam ecclesiam canonice adeptus est vt dicebat: ⁊ eam. xxx. annis ⁊ amplius possedit in pace. Tandem quidā miles tacito quod esset laicus impetrauit literas contra ipsum ad quosdā iudices: vt si cōstaret quod dictus presbyter filius fuisset illius qui proxime in eadem ecclesia ministrauit: vel quod publice haberet focariam ipsum a predicta ecclesia remouerent corā quibus dictus presbyter per procuratorē militis tractus fuit in causam: qui quosdā testes infames ⁊ notabiles an testimoniū produxit: sacerdos asserebat illos non esse recipiendos pro eo qđ quidam eorum erāt latrones ⁊ raptores manifesti dicens se hoc probaturum. iudices nihilominus talib⁹ testibus receptis post appellationē a dicto ꝑsbytero interpositā priuauerūt ipsum prescripta ecclesia: quā quidā filius dapiferi ipsius militis detinebat occupatā quo facto presbyter conquestus fuit domino pape. Unde mādat quibusdā iudicib⁹ quatenus si constiterit eis quod dictus presbyter non fuerit per testes idoneos spoliatus dicta ecclesia cassata sententia predictorum iudicū non obstantibus etiā literis confirmationis si que super ipsa ecclesia impetrate fuerant restituant ecclesiā presbytero prefato: nec eum permittant exinde molestari. Si vero nō sunt vera que sacerdos narrauit scilicet quod iudices non processerant taliter contra ipsum causaz audiant ⁊ debito fine decidāt ⁊ testes quos ille. A. nominauerit ad testimonium producendos moneāt vt corā eis testimonium perhibeāt veritati. Ber. ¶ No. ibi: canonice fuisset adeptus ⁊ c. qđ sicut libell⁹ possessorio nō alterat̄ propter narrationē proprietatis vt in. c. ex parte. B. de fo. cōpe. ⁊ qđ ibi dixi. ita libellus super reuocatione attētati post appellationē. Nā iste narrabat se ecclesiā fuisse canonice adeptum ac eam xxx. an. pacifice possedisse nec per hoc grauat̄ onere ꝓbādi. ¶ No. ij. et tene menti qđ litere impetrate per laicū contra clericū vt priuet̄ beneficio ratione defectus vel delicti nō sunt ipso iure nulle ac etiā valebit iudiciū inter eos super hoc agitatū. Nunquid aūt a principio potuis-
i sent elidi exceptionis cōflictu: dicā cū gl. j. ¶ † No. iij. duas causas sufficientes etiā distributiue vt clericus priuet̄ beneficio suo. Prima si pater clerici immediate administrauit in illo beneficio ꝗntūcūqꝫ sit legitimus ne videat̄ notari successio in ecclesia dei secus si alia persona fuit intermedia. ⁊ hic casus est clarus de quo dicendū: vt in. c. ex trāsmissa de fi. presby. Secundus casus notabilis est cū publice detinet concubinam facit optime. xxxij. di. nullus ⁊. c. preter. ⁊. ſ. de coha. cle. ⁊ mu. Quid autē si occulte detinet vel cōmittit simplicē fornicationē vide glo. in. c. maximianus. lxxxi. di. que dicit obiter teneri clericū nō deponendū pro
a simplici fornicatione: ᵃsed in contrariū vide tex. apertū in. c. a multis.
2 de eta. ⁊ q̄li. ⁊ plene dixi in. c. at si clerici. de iu. dic vt ibi. ¶ † Not. iiij. ho.
b tex. a contrario qđ licet laici nō testificent̄ ꝯtra clericū ᵇ cū agit̄ criminaliter: vt in. c. decetero. ſ. e. secus tamen est cū agit̄ de crimine ciuiliter
c etiā si agat̄ ad priuationē beneficij ᶜ. facit optime. c. tā literis. ſ. eo. et qđ leg. ⁊ no. in. c. qm̄. ſ. e. hic enim nō repellunt̄ isti q₂ laici sed q₂ infames ⁊ notabiles id est habētes notā criminis. Et ex hoc ⁊ ex tex. no. qđ infames etiā infamia facti repellunt̄ a testimonio. qđ an ꝓcedat indistincte aliquid tetigi in. c. licet. de proba. dicā latius in. c. testimoniū. ſ. e. ti.

¶ No. quod latrones ⁊ raptores differūt a furi-
d bus. ⁊ dic quod fures ᵈ proprie dicunt̄ qui furant̄ in occulto ⁊ sine violētia. in aut. sed nouo iure. C. de ser. fug. Latrones qui in publico stātes in stratis publicis. l. capitaliū. §. famosos. ff. de pe. Raptores dicunt̄ qui rem rapiūt violēter siue in publico siue in occulto. ff. vi bo. rap. per totum. vnde omnis raptor est fur. sed grauius peccat ratione violentie. vide ho. tex. cū gl. xiiij. q. v. penale. et
3 insti. vi bo. rap. in ꝓem. ¶ † No. ibi: in causa alia ᵉ
e fuissent de periurio ⁊ c. quod ꝯuictus de periurio in vna causa probat̄ periurus in qualibet alia nec admitti debet amplius ad testimoniū vide bonū tex. in. c. paruuli. xxij. q. v. faciat. c. testimoniū. ſ. e. Et pro primo dicto vide Fed. consil. xxiij. vbi hoc aperte sentit Inno. in. c. qualiter ⁊ qñ. ij. de accu. in vlt. col. Et ex hoc habes casum in quo acta in vno iudicio faciunt fidē in alio etiam inter alias
f personas. ⁊ hoc ideo ꝯtingit q₂ hec sententia ᶠ est corporis afflictiua: vñ sequit̄ ipsum corpus sicut lepra leprosum. j. q. j. cito turpem. vide in si. l. ingenuū. ff. de sta. ho. ⁊ plene per Inn. in. c. causaz. qui fi. sint legi. ¶ No. de verbo abiudico. nam cū scribitur cū. b. idē importat quod priuo vel aufero. si vero scribitur cū. d. vt adiudico reportat ꝯtrariū intellectū. de reli. do. cum venerabilis. ¶ No. ibi: cassata sententia ⁊ c. qđ verbū cassata quādoqꝫ refertur ad actū nullū ⁊ verificatur tunc in cassatione facti vide ho. tex. cū gl. in. c. accedens vt lite nō conte. hic enim sententia erat nulla data legitimitate appellationis: vt in. c. non solum. de ap. li. vi.
4 ¶ † No. vlt. quod cassata sententia corruit etiam ꝯfirmatio pape ratione illius sententie emanās quod intellige de ꝯfirmatione facta in forma cōmuni. de qua in. c. q₂ diuersitatē. ⁊ ibi glo. de ꝯces. ꝓbē. Alia ꝯcernentia effectu appellationis non colligo: quia sunt dubia ⁊ infra patebit in discus-
5 sione materie. ¶ † Nūc venio ad examinationē materie. Et primo quero nunquid iste litere impetrate per militē contra clericū valuerint: ita vt etiā exceptione elidi nō potuissent. quod est que-
g rere an clericus possit accusari per laicū ᵍ de crimine saltē ciuiliter ad priuationem beneficij ex quo suā vel suoꝝ iniuriā nō prosequit̄ ⁊ sic sumus extra casum. c. decetero. ſ. e. gl. j. ponit in hoc tres opi. Quidā enim dicunt quod erāt surreptitie. Ideo in litera ponderatur quod miles tacuit quod esset laicus. ⁊ sic vult hec opi. quod laicus non possit accusare clericum de crimine etiam ciuiliter vt priuetur beneficio. Alij concedunt hoc procedere regulariter sed in casu nostro vbi agebatur de publica fornicatione dicunt laicum debere admitti. sicut enim licet laico hoc casu vitare clericū. ſ. de coha. cle. ⁊ mu. vestra. ita et accusare. et ratio istorum communiter reprobatur per doct. quia non sequitur possum vitare ergo accusare. Cape instātiam in excommunicato qui debet vitare aliū excommunicatum vel concubinarium notorium ⁊ tamen non potest illum accusare. de exceptio. c. a nobis. de iu. intelleximus dicit tamen domi. Anto. dictum esse in se verum: quia si clericus est infamatus eo quod publicum est delictum a laico accusari potest. allegat glo. c. cum. p. de ac. credo do. Anto. tunc de proximo non vidisse glos. in dicto c. cum. p. Nam illa glos. loquitur in criminib⁹ exceptis vt simonie lese maiestatis ⁊ similiū in quibus admittitur laicus ꝯtra clericum infamatū: etiam si agitur criminaliter vt nota. ibi. ⁊ in. c. in primis. ij. q. j. de quo dic vt plene nota. in dicto. c. cum. p. ⁊ vide ho. glo. ij. q. vij. in summa. Tertia opi. que placet glo. est quod regulariter laic⁹ non admittitur ad impetrandum vel accusandū: q₂ sua non interest. Fallit in patrono vel parochiano: quia eorum interest habere bonum rectorem vnde saltem admittentur ad denunciandū. xvi. q. vij. filiis. et ideo hic ponderatur istum tacuisse quod erat laicus: quia sua nō intererat. vnde si a principio fuisset exceptum non fuisset admissus. sed nunc nō poterat repelli: quia illa exceptio est
6 dilatoria. ¶ † No. bene hoc vltimum dictum glo.

a ¶ Simplici fornicatione. Adde alex. ꝯsi. lxxij. li. j.
b ¶ Laici ꝯtra clericū. adde Alex. ꝯsi. xxvij. ij. lib. Zacharias.
c ¶ Ad priuationem beneficij: q₂ tūc ciuiliter videtur agi ⁊ non criminaliter ꝑ text. in. c. ꝑ literas. ſ. ꝺ simo. ⁊ in. c. cū. et ibi dixi in apo. inuer. nō agit̄. ſ. eo.
Sebasti. Sapia.
d ¶ Fures. Hāc differentiā inter latrones ⁊ fures ponit gl. j. C. deposi. ⁊ in. l. cū duobus §. dāna. ff. ꝓ soci. Ang. in. l. fecit. §. aduersus. ff. de sepul. vio.
e ¶ Alia cā. adde Alex. consi. xiiij. ij. lib.
Sebasti. Sapia.
f ¶ Hec sententia Hac ratione excōmunicat⁹ in vno loco censet̄ excōicatus vbiqꝫ vt tradit abb. in. c. j. in. not. de treu. ⁊ pace. ⁊ in. c. ad reprimendā. in secūdo no. ſ. ꝺ of. or. hac ratione procedit ꝙ no. bar. ⁊ bal. in. l. j. in vlt. char. C. de sum. tri. qđ mulier damnata ad ignem si aufugiat vbiqꝫ erit serua pene ⁊ intestabilis hac ratione & perdit qđ not. Ange. in. l. ex ca. ff. de postu. quod exul vnius ciuitatis de famoso crimine nullibi pōt exercere patriam potestatē i filios.
g ¶ Per laicū. ad de Old. ꝯsi. cclv. et quid de parochiano. vide lap. alleg. xi. Fede. cōsilio. ciiij.

a quod hec exceptio tua non interest est dilatoria[a] et sic debet opponi tempore dilatoriarum. vide ple ne per Inn. in c. super his. j. de accu. vbi idem fina liter concludit. ¶ No. ii. ex hoc dicto laicum non esse omnino incapacem accusationis clericorum. vnde si a principio non repellitur non potest amplius repelli. ¶ Tertio no. quod litere surreptitie im petrate ad lites etiam respectu priuationis sic de non sunt nulle ipso iure sed elidibiles per exceptio nem. de quo in c. ad audientiam. de rescri. ¶ Sed attingendo principalem articulum huius glo. scien dum quod varie reperiuntur opi. Et primo Da masus et Ybi. posuerunt hic istam questionem an
b laicus possit clericum ciuiliter[b] impetere super cri mine. et quod posset allegabant hanc decre. ita. j. e. tam li teris. vbi ad testimonium admittuntur cum de ali qua irregularitate agitur ciuiliter contra clericum ergo ad agendum admittentur. ¶ Item interest ecclesie habere plures defensores sicut de republi ca dicitur. ff. de no. ope. nun. l. nam reipublice. cui comparatur ecclesia. l. fi. C. de sa. sanc. ec. poterit er go quilibet contra malum prelatum agere vt ab administratione remoueatur. ¶ In contrarium allegabant vt ad agendum non admittatur nisi cu ius interest: quia actio est ius prosequendi in iudi cio quod nobis debetur insti. de actio. in prin. er go cuius nil interest et cui nil debetur non admit tetur. ff. de var. et extraor. co. l. vl. Item questio ci uilis de crimine in aliquo habet vim accusationis: quia per eam perditur beneficium. j. de simo. per tuas. ergo laicus non admittetur. Et soluendo di xerunt quod non debet admitti. et ad istas decre. respondebant vt. s. in gl. dictum est quod hic non fuit obiectum. et cum dicto ipsorum simpliciter tran sit hic Jo. an. gl. in c. maximianus. lxxxj. di. gene raliter excludit laicum ab accusatione clericorum. et sub dubio forte excipit patronum respectu crimi nis dilapidationis: quia tunc sua interest cum ha beat defendere res ecclesie. d. c. filiis glo. in c. consti tutum. xvj. q. j. dicit patronum laicum posse accu sare clericum criminaliter de dilapidatione cum suam iniuriam tunc dicatur prosequi: secus dicit in alio non patrono per no. ij. q. vij. in summa. sed gl. in d. c. filiis. dicit de patrono et quolibet paro chiano vt possint accusare et denunciare rectorem etiam si sit rector ecclesie collegiate. alleg. hoc. c. et lxiij. di. plebes. vide gl. j. in fi. de accu. qualiter et quando. ij. que dicit hominem alterius dio. vel parochie im petrantem inquisitionem vel denunciationem con tra clericum non debere audiri: quia non presumitur bono zelo venire cum sua non interest. allegabat hoc. c. in verbo tacito et c. et idem ibi Hos. et Spe. in ti. de inquisiti. §. j. ver. sed nunquid extraneus. glo. in c. venerabili. de of. dele. loquendo de crimine di lapidationis dicit quod admittitur quilibet de illa parochia ad denunciandum quia interest eorum ne ecclesia perueniat ad malum statum. ar. xvj. q. j. c. vl. Et sic vides quantum variauerunt glossatores in dictis et aliis locis. Host. in c. quod dei timorem de sta. reg. generaliter loquens de malo prelato di xit parochianos admittendos ad petendum desti tutionem prelati: quia eorum interest ne sub ma lo prelato patiantur famem et sitim verbi dei. viij. q. j. audacter. sed Host. hoc restringit ibi ad paro chianos patronos. Reliqui autem qui non sunt patroni non debent admitti secundum eum: qui non debent se impedire de istis vel aliis spiritualibus. vt de cle. coniu. et in c. contingit. de arb. cum si. Felde. de se nis clare tenuit patronum admittendum ad accu sationem prelati ciuiliter vt remoueatur a benefi cio. vt ponit consil. xx. Idem dicit de parochiano vt possit petere illum remoueri propter crimen vel vt compellatur ostendere titulum sue promotio nis si de ea non constat: vt plene prosequitur consilio xxviij. idem dicit in consil. xxix. et licet ibi formet questionem in parochiano: videtur tamen conclu dere idem in quolibet laico: quia ista non est pro prie accusatio ex quo non agitur ad depositionem sed vt remoueatur a beneficio: vt habetur in d. c. per tuas. de simo. ar. c. tam literis. j. e. et c. quoniam j. e. et hic vide Lap. alle. xj. vbi tenet patronum seu parochianum posse petere vt rector declaretur priua tus vigore iuris communis seu alicuius dispositio nis particularis. d. Ant. dicit quod si agitur de cri mine precedente promotionem quod inducit priua tionem ipso iure admittetur quilibet de populo: quia cuius interest ne anima fratris mirabiliter decipia tur. Si vero agitur de crimine commisso postea vel non inducente priuationem ipso iure tunc admit tuntur tantum parochiani. nihil tamen allegat. Sed contra primum membrum sue distinctionis vide glo. et doc. in c. cum dudum. ij. de cle. in ver. decepte. Ego dico rem sic: quod aut queritur nunquid laicus possit accusare clericum de crimine criminaliter. Et dicen dum est quod non. fallit cum prosequitur suam vel suorum iniuriam: vt in c. decetero. j. e. ¶ Item fallit in crimini bus exceptis. de quibus die vt leg. et no. in d. c. cum p. de accu. et ij. q. vij. in summa. Aut queritur nun
c quid possit[c] excipere contra promouendum. et dico quod sic si est parochianus vel patronus vide bo. gl. in c. vt circa. de ele. lib. vj. in ver. aliquid plenius per Inn. in c. super his. j. de accu. vbi discutit nunquid hoc casu admitti debeat quilibet laicus et inter ce tera ponit vnum notabile dictum dicens quod reges et principes admittuntur ad excipiendum contra promo uendum si habent eum verisimiliter suspectum de prodi tione terre vel consiliorum suorum: quia interest eorum. et idem dicendum est de quolibet qui potest pretendere spe ciale interesse. Aut queritur nunquid possit laicus de nunciare vel accusare ciuiliter clericum. et respectu denunciandi propter crimen dilapidationis admit terem quemlibet laicum iuxta no. in c. si quis presbyte rorum. de reb. ec. non alie. versatur enim in hoc ius pu blicum quod consistit in sacris sacerdotibus et magistra tibus. j. di. ius publicum. de hoc tamen dicendum vt plene no. in d. c. si quis presbyterorum. aut queritur re spectu alterius criminis vel defectus: et admitterem patronum et parochianos: quia eorum interest habere bonum prelatum. ar. in c. audacter. et c. qualis. viij. q. j. et lxiij. di. nullus. bene facit text. cum glo. lxiij. di. c. fi. Si enim admittitur laicus prosequens suam vel suo rum iniuriam fortius debet admitti quando instat pro salute anime sue et ne ecclesia vergat in peiorem sta tum: maxime cum parochiam tenentur alere rectorem in defectum vide bo. gl. in c. omnis christianus. de con se. di. j. et quod no. in c. j. et c. de his. et. j. de ec. edi. alios autem laicos quorum specialiter non interest non admit terem: cum quia cum hic agitur ciuiliter non debent admit
d ti[d] nisi quorum specialiter interest. ij. q. vj. non solent. tum quia presumuntur non bono zelo procedere: cum laici clericis oppido sint infesti. ij. q. vij. laicos. et c. laici maxime propter rationes. d. c. laicos. Nec ob. tex. a contrario. j. e. decetero. quia dico quod quatenus proceditur ad priuationem beneficii habet quandam speciem accusatio nis cum ex hoc nullum commodum applicetur accusanti Nec ob. iura que admittunt laicos hoc casu ad testi monium quia in testibus cessant rationes predicte cum veniant astricti nec pro interesse proprio. et forte es set magis honestum dicere vt etiam patroni et laici non admittantur ad accusandum sed ad denunciandum per ea que habentur in d. c. laicos. et vt sentit ista gl. hec pro cedunt in denunciatione canonica sed in euangeli ca que solum tendit ad penitentiam admitteretur qui libet laicus non criminosus. de quo dicendum vt ple ne no. in c. nouit. de iudi. et c. si peccauerit. ij. q. j. et per hoc habes hunc articulum plenius expeditum hic
7 quam alibi. ¶ Opp. et videtur quod per procuratorem non potuerit iste miles causam criminalem agere. vt in c. veniens de accu. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iu. sol. glo. iiij. quod hic agebatur ciuiliter solum vt remoueretur
e ab ecclesia. ¶ No. quod ciuiliter[e] dicitur agi licet ve niat imponenda pena priuationis beneficii pro hoc videtur tex. in c. per tuas. de simo. Et dicitur pro tanto agi ciuiliter: quia non agitur ad penam naturalem delicti scilicet ad depositionem ab ordine ad quam est institu ta vera accusatio. vt. c. qualiter et quando. de acc. non tamen est causa omnino ciuilis cum pena priuationis bene ficii non applicetur priuato. Habet enim quandam spe ciem accusationis ideo appellatur accusatio et non actio. ideo laici non debent admitti vt. s. dicit. facit no. per Inno.

a ¶ Exceptio tua non interest dila toria est. ideo ap poni debet ante lit. conte. et idem dicit Bar. in l. posthu mus. §. si quis ex his. de inof. test. et idem dicit d. abb. j. c. j. de accu. in prin. et adde quod de illo d. c. super his. sin gulariter excla mat Imo. in l. lib le a quo. §. si de te stamento. ff. ad tre bel. sed de hoc vi de Bal. in l. quod non iusto. ff. de col. do te. quod arguit quod ta lis exceptio pos sit opponi post li. conte. sed non fir mat. et adde hic Bar. i. l. cum puta rem. ff. fa. her. vbi dicit per illum tex. quod hec exceptio ti bi non competit ius agendi non potest opponi post sen tentiam nec reddit iudicium retro nul lum. Item illud quod dicit hic gl. et do. Ant. limita mul tum singulariter per Jo. an. in ad di. Spe. in tit. de accu. iuxta si. idem quod hic gl. videtur velle Bart. in l. si vnus. §. ante om nia. ff. de pac.

b ¶ Clericum ciuili ter. vide gl. c. illa. de accu. et ibi per do. abb. An. bar.

c ¶ Quando laicus admittatur ad ex cipiendum contra pre latum: et adde hic quod dato quod vera esset illa questio quod illi quorum non in terest admittantur ad excipiendum con tra prelatum tamen non admittantur contra eum ad im pediendum execu tionem sententie nisi eorum interesset. h. d. An. post Inn. in c. veniens. el. ij. in ij. col. v. op. quod no. j. e. quod dicit ibi do. Abb. not. pro intellectu ma terie. et adde hic quod archi. in c. quali ter. circa prin. vij. q. j. vbi dicit quod laici ciues admit tuntur ad denun ciandum crimen sui episcopi sicut et potest petere prelatum. Item adde hic quod latissime et dis fusissime scribit super hoc do. in d. c. vt circa. §. j. de elec. li. vj. et an lai ci admittantur ad excipiendum contra prelatum petentem consecrationem vide archi. in c. quod epi scopus. xxiij. dist. item adde hic quod no. Inn. post La pum in c. de consti tutione. de ele. in xxviij. col. Item ad de hic quod exci piens contra cle ricum in prelatum non repellitur prete xtu criminis vel in famie et potest consti tuere procuratorem cum actio non sit po pularis: sed quasi popularis: etiam si ipse electus nil petat nec confirma tionem. ita dicit Imo. in c. dudum ecclesia rhotoma gensis. de elec. in j. col. Item adde hic gl. in c. maxi mianus. lxxxj. di. gloss. in c. consti tutum. xvj. q. j. et in c. filiis ac nepoti bus. xvj. q. vij. item vide omnino quod no tatum post do. abb. in c. super his. de accu. et vide arch. post gl. ij. q. vij. in summa. Item adde hic quod no. Lapus in suis alle. xj. Et omnino quod de q. hic posita scripsit do. in c. qui eps in vj ti. col. xxiij. dist. et in c. illud. in fine. ea. di. et subtilissi me per do. Fran. de are. hic. Item vide quod plene scri bit do. Ant. post Inn. in c. cum Ber tol. in vij. col. cum duabus seq. de re iud. et d. Abb. in c. conquerente. in vj. no. de cleri. non residen.

Sebasti. Sapia.

d ¶ Admitti. adde quod licet laicus etiam non possit esse testis contra clericum in causa criminali si tamen examinetur facit in dicium contra clericum ad torturam ita singu lariter d. ab. in c. decetero. j. eo. et sequitur Feli. ibi et d. alex. in l. maritus. ff. de questio.

Sebasti. Sapia.

e ¶ Ciuiliter. vide que traduntur late

per Moder. i ru
bri. ẽ. de iudi. vbi
traditur qđ sit iu a
dicium criminale et
quod ciuile.
a ¶ In causa cri-
minali potest cõ-
stitui procurator
ad certũ articulũ
Et de hoc vide p
Spe. in ti. de pro
cu. §. j. in. viij. col. 8
ver. sed nunquid
et media cause. et
plene per Bal. in
l. reos. viij. col. ṽs.
quero circa istam b
partẽ. ff. de accu. et
per Bar. in. l. pe.
§. ad crimẽ. C. de
pub. iudi. et late p
Bali. in. d. l. reos.
in. xiij. col. ver. q̃
ro an saltẽ ad vnũ
articulum et facit
qđ no. Spe. in ti.
de le. §. excipi. in
fi. col. ver. quid si
certis articulis cãe
nõ requirit qđ in
delegato sit qua-
litas de qua in. c.
statutũ. §. j. de re-
scrip. li. vj. itez ad
hoc etiaz facit qđ
no. Inn. in. c. gra
ue. de preben. itez
facit qđ no. Ioã.
an. in. c. vt inquisi
tionis. in no. sup
ver. interdictũ. et
qđ ibi late post
eũ notatũ in text.
de here.
¶ Adde an l cri-
minali possit pro
cura. cõstitui. cal.
cõsi. iij. de accu.
Zacharias.
¶ Adde cũ dicit
qđ regulariter in
criminalibus cau
sis nõ cõparet q̃s
per procuratorẽ.
qđ intelligit ante
cõclusum in cau-
sa: q2 post permit
tit. ita not. Ant.
corse. fin. cõsi.
l ver. procurator.
alle. casum et fin.
in. l. q̃uis indubi
tati. C. ad. l. iuliã
de adul.
b ¶ Utrum iudex
debeat incontinẽ
ti admittere pro-
bationẽ criminis
obiecti testi. vel i
tp̃e disputatiõis
reseruare qđ ẽ no
ta. pro intellectu
aut. si dicat. C. e. et
vide Archi. iij. q.
v. in summa sup
ver. credẽdũ. vbi
sub dubio forte
dicit qđ illa aut.
si dicat. inquãtũ
dicit testem odio

no. per Inno. in. d. c. qualiter et quãdo. in fi. Inn.
dat aliã sol. qđ hic datus erat procurator ad certũ
a articulũ[a] non ad totã litẽ puta ad productionẽ te
stium vel ad videndũ illos iurare: vel videndum
publicationẽ illorũ vel aliquid simile qđ de iure
põt fieri etiã si criminaliter agat. allegat preallε.
decre. veniẽs. et. v. q. viij. reos. pl⁹ mihi placet opi.
glo. tum q2 hic nõ agebat criminaliter: tum q2 ve
niebat hic imponẽda pena minor relegatione et
exequibilis in absentẽ. dictũ tamẽ Inno. est verũ
in se. et de materia dicendũ est vt plene no. in. d. c.
8 veniẽs. §. ad crimẽ. preal. ¶ Uenio ad gl. in ver.
infames. cũ qua expediã secundũ principalẽ arti
culum huius. c. Pro cuius expeditione op. videt
enim quod hãc appellationẽ papa nõ debuit ad
mittere cũ nõ esset interposita ex iusta causa. exce
b ptio[b] enim cõtra personas testiũ nõ debet exami-
nari ante receptionẽ testiũ: sed debet reseruari in
tp̃s publicationis et disputationis. Satis enĩ est
prius premittere protestationẽ: vt in. c. presentiũ.
j. e. videmus enĩ quod speciale est vt admittatur
prius quãdo habet testis causam criminalẽ cum
parte. in aut. si testis odiosus. C. eo. ti. itẽ qñ mali-
tiose opponit exceptio: tunc iudex ad obuiandũ
prorogationi litiũ potest recipere probationes a
principio vt in. c. licet. ẽ. de proba. Regulariter er
go nõ est pri⁹ hec exceptio examinãda. hec glo. in
stat. et inuolute loquit dãdo in effectu tres solutio
nes. Prima fatendo hanc exceptionem nõ fuisse
oppositã debito tẽpore et ideo valuit hec receptio
testiũ et sententia lata quousq2 testes fuerĩt repro
bati appellatione nõ obst. Sed cõtra hanc so. facit
q2 si appellatio a principio nõ fuit legitima nõ d3
iustificari ex subsequenti grauamine scilicet p re
ceptionẽ postea factã de indignis testibus: vt in
c. dilecto. j. de ap. et cle. appellanti. e. ti. et cũ appel-
latio sua esset manifeste friuola non debebat am-
plius audiri etiã appellãs vt in cle. vnica. de dolo et
cõtu. et tamen hic audit presbyter super appella-
tione sua. et ideo hec sol. non est bona. Secũda so.
gl. est qđ cõtrariũ est regulare et ordinarium l3 ali
ter de facto contingerit sed nõ apparet quid gl. ve
lit in hac secunda solu. potest enim intelligi q2 de
facto sic cõtigit sed de iure nõ. et forte voluit intel-
ligere quod gratiose iste fuit auditus vt sentit in
glo. pe. s3 nõ procedit q2 nõ apponit hic aliquod
verbũ sapiens gratiã huius intellectus. et intelle
ctus iuriũ nõ debent trahi ad gratiã intellect⁹ no
stri vt dicã sup glo. pe. secundo põt gloss. intelligi
quod in facto sic cõtingit q2 erat casus specialis s3
hoc non colligit ex tex. Tertia sol. gl. est quod hec
exceptio fuit opposita post receptionẽ testiũ. et sic
tempore debito merito ex reiectiõe potuit appel-
lari. hec sol. est cõtra tex. ibi nõ esse recipiẽdos et c. et
ibi nihilominus iudices talib⁹ testib⁹ receptis et c.
que verba satis innuũt exceptionẽ fuisse proposi
tam ante receptionẽ testiũ nisi soluendo velis di
cere s̃m Io. an. qđ dicta verba tex. cõcernunt effe
ctum receptionis. tũc enĩ videt recipi quãdo ad
dicta illorũ iudex pronunciat. ad hoc. ẽ. tit. pri. ex
literis. et de renũ. super hoc. tamẽ hoc nõ cõgruit
litere cũ immediate postq̃ miles produxit testes
fuit per presbyterũ exceptũ. ¶ Extra glo. reperiũ
tur principaliter quinq2 opi. Prima Io. et Ant.
in decre. cũ causam. j. e. vbi tenẽt per hanc decre.
exceptionis probationẽ semp a principio admit-
tendã nisi in casibus vbi ius exprimit illã reseruã
dam. inducũt etiã vltra hanc decre. l. ad pbatio-
nem. C. de proba. Sed dicit Io. an. qđ illa lex pos
set induci in cõtrarium vide illã. lex in effectu di-
cit quẽ non debere admitti ad probandũ qđ pro-
batũ nõ releuat. facit enim p opi. vt prius admit
tatur probatio reprobationis: q2 facta reprobatio
ne depositio nõ releuat. sed in cõtrariũ facit q2 po
terit esse qđ iste testis nil diceret vel p alios qui
non reprobant illud idẽ probabitur. ergo non de
bet admitti pri⁹ hec reprobatio q2 poterit esse qđ
non releuabit et per hoc. j. dicet. ¶ Secunda opi.
colligit ex verbis Inn. quod si id quod opponit
est publicũ et probationes offerunt recipi debẽt:

alias si requirit temporis tractũ siue fieri debeat
reprobatio per testes siue per instrumentum reci
piatur testis et reseruabitur pbatio reprobatio-
nis post publicationem et hoc per aut. si dicatur.
C. eo. ¶ Tertia est opi. Host. qui videtur sentire
q2 statim sit recipienda probatio. et quod dicit de
reseruatione fienda tẽpore disputationis post pu
blicationem videtur intelligere de publicatione
ipsi⁹ probationis reprobatorie: prius enim d3 pu
blicari q̃ disputetur. j. e. c. in causis. ¶ Quarta est
opi. Gul. e. ti. §. j. ver. sed quid si dicatur. vbi vide
tur velle quod probatio exceptionis sit differẽda
nisi mora periculum afferat vt quia testes p quos
vult reprobare sunt infirmi vel recessuri vel bel-
lum vel mare intraturi. tunc enim reciperetur di
ctum illorũ. Io. an. ponit quintam dicens q2 exce
ptio legitima cõtra testes semper a principio est
recipienda. j. e. presentiũ. alr̃ ad quid tẽpore pro-
ductionis citaretur is contra quẽ producitur qđ
tamen omissum vitiat pductionẽ. ẽ. c. ti. c. ij. et pu
tat quod iudex nõ recipiendo exceptionẽ grauat
intantũ quod locus est appellationi et forte sic cõ
tingit hic s̃m eũ: s3 recipere pbationẽ exceptiõis
statim vel differre in tempus publicationis dicit
c esse arbitrarium[c] ad hoc. j. e. cũ causaz. et. ẽ. ti. j. li-
cet. exceptis duobus casibus quos excipit glo. et
tertio de excõicatione cũ opponit contra testẽ qđ
est excõicatus tũc enim propter periculũ commu
nionis tenet Io. an. probationẽ incontinenti reci
piendã. ar. c. decernimus. de sen. exc. li. vj. et remit
tit ad Spe. loco preal. ¶ Adde ad quartũ casum
scilicet cũ opponit testi quod est seru⁹: et ille dicit
se liberũ non admittitur nisi prius ostẽdat char-
tam manumissionis: vt in aut. si testis seruilis. C.
eo. Et tres casus ex predictis ponit glo. j. in. c. cũ
causam. preal. Casum autẽ spe. scilicet quãdo im-
minet periculũ mortis de quo. ẽ. in. iiij. opi. putat
Io. an. nõ esse specialẽ et sic nõ recte excipi a regu-
la. Nã fatendũ est quod propter talẽ timorem sta
tim reciperetur: sed per hoc differt receptio testis
cõtra cuius personã excipitur. vnde poterunt eo-
dem tẽpore recipi. et iudex in arbitrando et in for
mando motũ animi sui cõsiderabit hic plura. pri
mo an id quod excipit habeat parẽ equitatẽ cum
casibus supra exceptis. Et sic no. ex hoc dicto Io.
an. quod casus exceptus extendit ad aliũ casum
habentẽ paritatẽ rationis pro quo allego tex. no.
in. c. cũ dilecto. de confir. vti. vel inuti. vt est gl. in
l. j. C. de condi. inde. Itẽ considerabit s̃m eũ an sit
publicũ quod excipit et an offerant probationes.
et an presumptio sit cõtra excipientem qđ hoc fa-
ciat causa differendi: et an testibus qui producun
tur super principali imminet periculũ mortis vl
causa absentie cũ venerint de longinquo. et secũ-
dum hoc et alias circũstantias plurimas arbitra
bitur an expediat prius recipere pbatorios vl re
probatorios. et si eligat prius recipere pbatorios
non poterit excipiens cõqueri. Nam parcitur in
hoc laboribus suis et expẽsis. forte enim testis nil
deponit dicendo nil scire vel si deponeret multi
alij nõ reprobabiles idẽ deponerẽt et sic non expe
diret vel nõ prodesset illũ reprobasse imo expedi
ret et prodesset non reprobasse cũ frustra hoc casu
fecisset expensas. Si vero prius recipit reproba-
torios nõ potest excipiens conqueri licet forte vo
luisset differre in tẽpus publicatiõis quia ex quo
excipit illum testem non recipiẽdum satisfacit iu
dex desiderio suo statim recipiendo probationẽ
contra illum et si volebat quod statiz reciperetur
probatio non debebat excipere contra testez. Et
idem dicit super dictis reuolutis in producentez
testem contra quem excipitur vt non habeat cau
sam querele. si iudex eligit ipsum testem prius re-
cipere vel reprobationem aduersam pri⁹ admit-
tere. Nã si prius recipit istum testem h3 pducẽs
quod petit: si autem vult prius recipere reproba
tionem poterit hoc esse vtile ipsi producẽti quia
exceptione probata non expediebat illum produ
xisse: imo expediebat non produxisse. in dubio ve
ro vbi facti circumstantie non mouent videtur di

sum non recipiẽ-
dum sed reseruã-
ri ei⁹ approbatio
nẽ in tp̃s disputa
tionis nõ h3 locũ
de iure canonico
et dicat qđ de hoc
not. in isto. c. ex p-
te. itẽ de intelle-
ctu dic. aut. si di-
cat. vide qđ not.
scripsit do. Ant.
post Io. an. in. c. j
noie dñi in vj. col.
ẽ. e. ti. et quod late
scribit do. Anto.
post glo. in. c. cum
causam. in col. j. j.
eo. Et ad intelle-
ctum. d. aut. si di-
cat. cũ multis li-
mitationibus vi-
de elegãter et me-
lius q̃ per alium
examinatũ p do.
Franc. de are. hic
cui adde qđ in iu
dicio qđ agitatur
summarie nõ põt
obijci exceptio in
personam testiũ.
ita singulariter
determinat abb.
antiquus et Ioã.
an. in. c. veniens.
el. ij. j. eo. et sequit
ibi do. Ant. i. vij.
colũ. sed intellige
prout ibi dixi. itẽ
pro intellectu. d.
aut. si dicat. vide
qđ not. do. Ant.
in. c. presentiũ. j. e.
c ¶ Et hanc opi.
Io. an. credit hic
in addi. do. Bar.
de bel. esse vero-
rem.

a ✝ Sebastia. Sapia. ¶ Appellari. hoc tamen est verum indistincte vt apparet ex notatis copiose per Feli. in. c. exceptionem. col. ii. et iii. J. de excep.

b ¶ Utrum exceptio in personas testium dicatur peremptoria. vide ad hoc do. Ant. in. c. vltra tertiam. in. xiiii. col. J. e. vbi tenet quod est quasi peremptoria. et idem dicit in. c. exceptionem. in. xii. col. ver. quid de exceptione sed Jmo. in cle. constitutionem. in. v. col. de ele. dicit quod hec exceptio est peremptoria. et vide Lap. alleg. lxxxi. in vl. col. vbi dicit quod est peremptoria per obliquum.

✝ Sebasti. Sapia.

b ¶ Peremptoria. vide Marsil. bono. in. l. i. §. diuus antoninus. in fi. ff. de questionibus. vbi allegat ad hoc tex. in. c. licet causam. ibi: vsque quia talis exceptio. S. de proba.

c ¶ No. magnam restrictionem ad. c. interposita. i pri. de ap. et idem dicit do. Ant. hic et in. c. J. prox. in. x. col. v. tu dic etc. J. e. ti. et quod ibi no. Anto. Francis.

¶ An exceptio contra personas testium dicatur peremptoria. dicas quod videtur esse peremptoria et potest opponi vsque ad sententiam inclusiue non autem post nisi in causa matrimoniali: vt est glo. et ibi per do. abb. i. c. J. de excep. et potest opponi et probari in causa ap. vt per gl. et doc. in. c. cum. i. et. ii. de re iudi. quod tamen dicunt omnes esse verum. l. d. c. cum. i. et. ii. etiam si fuit opposita in causa principali et iudex processit ad diffinitiuam vigore testium non idoneorum: quia in causa ap. poterit discuti de idoneitate testium. vt per dom. abb. in. d. c. cum. i. et. ii.

✝ Sebasti. Sapia.

d ¶ Indirecte. vide lapum allegat. lxxxi. in. l. ii. col. Ant. de bu. in. c. vltra tertiam. col. iiii. J. eo.

✝ Sebasti. Sapia.

e ¶ Infero. nota quod dispositio loquens de dilatoriis exceptionibus vel peremptoriis excludat mixtas vide Feli. l. c. pastoralis. co. iiii. v. et dum dicit. J. de excep. post abba. ibi. col. iiii. ver. sed circa predicta.

gendum secundum eum quod differatur reprobatio testium per supradicta: tum quia adhuc posset reprobatio reprobari et sic est suspicio de longiori tractu. J. e. licet. et hoc dicit secure tenendum quia rationem habet et equitatem. et contrarias opi. concordat reductas ad casus diuersos. hec opi. Jo. an. est satis equa et communiter tenetur. Ego tamen adderem quod vbi iudex recte non arbitratur in admittendo prius testem in principali vel exceptionem probationis quod poterit appellari: quia hoc
d non relinquitur conscientie sue sed arbitrio. ideo
a si non arbitratur tanquam bonus vir potest appellari vt in. c. J. o. et dila. cum ibi not. et per glo. in. c. super his. de accu. et per glos. et Bar. in. l. si qua pena. ff. de ver. sig. finge enim quod excipitur in casu simili excepto dicemus ne iudicem ad libitum posse arbitrari contrarium? certe minime arg. c. cum dilecta. preal. vel finge quod habet probationes incontinenti paratas contra testem et factum est quasi
e publicum nec imminet aliqua circumstantia in contrarium. Et si diceres quod etiam his casibus non habet probabilem causam appellandi: quia forte nil probauit. vt. S. dictum est dico hoc non satisfacere. Nam si releuaret quod probatio exceptionis prius admitteretur ad quid iura in certis casibus probationem prius admitterent? Item dico quod interesse potest pretendere excipiens vt testes prius non admittantur: quoniam si post depositiones reprobentur tamen eorum dicta faciunt aliquale indicium. l. qui vltimo. in fi. ff. de pe. no. Bar. i. l. maritus. ff. de questio. dixi in. c. ii. S. eo. quare concludo cum Joan. an. quod extra quatuor casus supra exceptos est in iudicis arbitrio an prius admittat testem an probationem exceptionis. sed si non arbitratur sicut bonus vir poterit ab eo appellari. Et ex his infero ad aliud intellectum huius decre. vltra intellectum Jo. an. et doc. quod hic fuerat appellatum: quia recipiebatur probatio exceptionis. et quod in hoc fuerat iudex male arbitratus cum presbyter diceret quod quidam ex testibus essent latrones et raptores manifesti quidam in alia causa fuerant conuicti de periurio quod erat quasi notorium. ar. c. vestra. et. c. ii. de coha. cle. et sic hec dicebat probaturum. Debebat enim iudex prius recipere probationem exceptionis cum exciperet de facto publico et offerret probationes. et hec lec. est magis litere amica quam lec. Jo. and. qui vult quod hic fuit appellatum: quia exceptio non fuit admissa: nam presbyter non simpliciter excipiebat contra personas testium iuxta formam. c. presentium. J. e. sed etiam dicebat illos non recipiendos vt in
9 litera. et hoc no. ¶ † Sed contra hec et contra text. op. videtur enim quod ex quo exceptio legitima fuit opposita et eius oblata probatio ex sola reiectione fuit iustificata appellatio: vt sic non sit necesse probare veritatem exceptionis: vt probatur in. c. interposita. J. de ap. Et tertium nunc attingo difficilem articulum huius. c. gl. in ver. per testes quia alie glo. sunt faciles. attingit hoc dubium in ver. preterea. et soluit dupliciter. primo quod contrarium procedit in exceptionibus dilatoriis per quas non eliditur principale negotium secus in peremptoriis vel quasi. nam hec exceptio contra
b personas testium est peremptoria[b] saltem per obliquum. et sequentes hanc solu. inducebant pro diuersitate hanc rationem. Si enim peremptoria haberetur pro probata hoc ipso quod iudex probationem oblatam non admisit de facili posset iudex in fauorem excipientis permittere ius appellati. et facit quod no. Spe. de ap. §. qualiter. v. sunt quoque. sed Jo. an. dicit hic nihil esse quia licet peremptoria[c] habeatur pro probata quo ad iustificandum
c appellationem non tamen quo ad consequendum ipsius effectum. vnde quo ad hoc erit necesse eam probare. Et idem in dilatoria. et idem dicit tenendum. licet Pe. Abb. et Gul. dixerunt illam exceptionem ex probatione repulsam haberi pro probata per quam non fit preiudicium intentioni actoris. secus si per eam fiat preiudicium perpetuum vel temporale. sed tene premium dictum Jo. an. quem communiter in hoc sequuntur doc. et pro hoc adduco hanc rationem: in appellatione ab interlocutoria solum agitur de iniquitate iudicis. vt. d. c. interposita. ergo non debet hoc nocere parti que non fuit in culpa. facit regula delictum persone. li. vi. et iniqua conditio non debet alteri per alium afferri. ¶ Quare autem dicit glo. hanc exceptionem contra testes esse peremptoriam per obliquum. dic quod ideo quia exceptio peremptoria proprie est illa que directe venit ad perimendam actionem seu intentionem aduersarii. insti. de excep. in prin. qualis non est ista que proponitur contra personas testium: sed quia testibus meis reprobatis deficiente probatione succumbo. in. c. sepe. de resti. spo. et. l. duo sunt titii. ff. de testa. tu. Dicitur peremptoria per obli-
d quum id est indirecte: [d] quia in effectu perimitur intentio mea. et habes hic duas gl. consimiles. vna est in. c. i. de excep. alia in. c. de test. J. eo. sed illa dicit quod est peremptoria: sed intellige indirecte proprie tamen non est dilatoria nec peremptoria. Dilatoria non est: quia non differt iudicium. Item necessario non proponitur et probatur ante lit. contest. vt in. c. presentium. J. e. Peremptoria proprie non est ratione predicta: quia indistincte non admittitur post lit. conte. vt in. c. presentium. preal. et tamen regulariter quelibet peremptoria potest proponi et probari post lit. conte. vt in. c. fi. S. de dolo et contu. vbi dixi est enim anormala. ¶ Ex
e quo infero[e] quod in dispositione restringibili non veniet hec exceptio appellatione peremptoriarum per ea que no. in. c. in nostra. de iniciu. regulariter tamen magis trahitur ad naturam peremptoriarum et dilatoriarum. vnde ex hoc dicit gl. no. in. c. i. de excep. quod hec exceptio potest proponi in causa appellationis si prius fuerit omissa sicut obseruatur in aliis peremptoriis. et sic limi. prin. huius gl. quod puto verum indistincte si ante publicationem attestationum de ea fuit protestatum. alias non videtur admittendus in causa appellationis nisi probet dicitur in. d. c. presentium. quia est presumptio contra non protestantem. d. c. presentium. que non tollitur per appellationem. et per hoc habes primam solutionem huius glo. non esse veram. et habes gl. expeditam vsque ad ver. preterea. Jnde incipit secunda solutio quod. d. c. interposita procedit quando iudex post reiectam probationem oblatam non processit ad sententiam. si autem processit ad sententiam non debet retractari nisi probetur veritas exceptionis. Ratio quia si fieret retractatio et postea non probaretur veritas iterum ferretur eadem sententia. vt ergo euitetur circuitus probari debet prius veritas exceptionis. Hec sol. non placet Jo. an. quia iura loquentia de renunciatione attentatorum generaliter loquuntur quicquid post appellationem etc. de rescri. significante. et. c. rodulphus. de in. exhibita. de lib. obla. c. ii. et iii. cum si. Secunda ratio impugnantis est quia ratio quare reuocantur attentata est suspensio iurisdictionis iudicis a quo fuit appellatum. Si ergo defectus iste vitiat processum non apparet ratio quare non debeat vitiare etiam diffinitiuam. Tertia ratio licet de diffinitiua desit casus expressior isto tamen de sententia excommunicationis existunt multi casus. de offic. dele. cum olim. et. c. cum contingat. de sen. ex. per tuas. cum multis similibus. et tamen maior est effectus sententie excommunicationis quam diffinitiue quod patet quia primam non suspendit sequens appellatio sed secundam scilicet aliam sententiam. sic ergo concludendum est secundum eum quod quicquid factum est post appellationem iustificatam reuocandum est per viam nullitatis etiam si lata sit diffinitiua: nisi eum excipit qui omnia dicit. de ma. et obe. solite. ext. di. si romanorum. et hoc satis placet et bene probatur in. c. non solum. et. c. si a iudice. de ap. li. vi. Nec ob. motiuum gl. quod erit modici effectus reuocatio nisi probetur veritas exceptionis: quia dico licet hoc possit contingere satis est quod satisfaciat iuri: vt leg. et no. in simili in cle. quia regulares. de sta. reg. nam et idem est reperire quando sententia deficit in solemnitatibus. retractatur enim licet postea eadem sententia seruatis solemnitatibus ferenda sit. vt. c. vno de lit. conte. c. quidam. de elec. cum si. Item eadem ratio est in processu et nihilominus fit retractatio ergo etc. Ex predictis habes duas so. ad. c. interposita. ambas reprobatas. Tertia sol. extra gl. est Hos. qui in ver. constiterit. dicit quod non est necesse probare grauamen sed propter oblatam probationem cohibitat eo ipso: quia non constat contrarium seu eo ipso quod probat se obtulisse probationes ad repellendum testes et non fuisse admissum. Quarta solutio ponitur per eundem quod iste sacerdos voluit huiusmodi probationem facere et ad hoc se onerare. de iure enim non tenebatur per dictum. c. interposita. Quinta sol. ponitur per Gul. Nam quod iste presbyter in vno grauatur: in alio releuatur. grauatur in eo quod non sufficit probare probationes obtulisse releuatur quia probata veritate vlterius aduersarius non auditur contra eum: vt patet in responsione pape. Sexta sol. ponitur per Phil. quod licet papa sub conditione committat vt presbyter probet exceptionem suam oppositam contra testes: tamen isti secundi iudices in omnem euentum cognoscunt de principali. et hoc voluit tex. si vero aliter etc. et sic nullum contrarium. Septima sol. datur per Host. Egi. et Gul. quod presbyter se bene dicit probaturum: sed non obtulit probationes. Octaua lec. ponitur per Host. super tex. quod hic presbyter iterum appellauit a diffinitiua quam nunc prosequebatur. Nona sol. ponit Jo. an. quod contrarium procedit quando offertur probatio quam iudex tenebatur recipere:

recipere. τ sic tempore debito τ necessitatiuo. sed hic iudex non tene-
batur probationem recipere: sed poterat differre in tẽpus publicatio-
nis testium: vt. s. dictum fuit in precedenti gl. debet ergo iustificari ap
pellatio pretextu exceptionis non admisse τ non pretextu oblate pba
tionis. Decima sol. per eundem confirmando opi. suam de qua in pre
cedenti gl. τ etiam saluando lec. et opi. illorum qui dicunt ꝙ debuerũt
iudices probationes admittere. Dicit enim ꝙ q̃uis quis offerat pba
tiones τ exceptiones opponat si tamen appellat propter exceptiones
non admissas τ nõ propter probationes oblatas non receptas non iu
stificabitur ipsius appellatio q̃uis probet se obtulisse. vnde potest dici
ẽm eũ q: hic nõ fuit appellatũ propter probationes oblatas nõ admis
sas: sed ppter nõ admissam exceptionẽ: τ ideo habet iustificare appel
lationẽ probãdo exceptionis veritatẽ. Et hoc bene notabis: q: multũ
limitat τ restringit dispositionẽ. c. interposita. Et habes practicã appel
10 landi cũ probata oblatio nõ admittif. ¶ †Sed nunc cõtra premissos
intellectus τ eoꝝ quẽlibet oppono τ intro nunc quartũ difficilẽ artica
lum huius. c. Aut enim tenetur intellectus ꝙ ex reiectione oblate pro
bationis fuit iustificata appellatio: τ tunc frustra ad effectũ reuocãdi
attentata mandat papa inquiri de veritate excep. cũ ex illa appellatio
ne fuerit suspensa iurisdictio iudicis. d. c. interposita. Aut nõ fuit iusti
ficata appellatio: τ tunc debebat causa remitti ad priores iudices exce
ptione nõ probata: vt in. c. vt debitus. de ap. vel melius debebat papa
mandare sententiam confirmari cũ esset diffinitiua iam lata τ liceat
procedere appellatione existente non legitima: vt in. c. ij. de dolo τ con
tu. li. vj. cuius contrariũ innuitur in ver. si vero. vbi papa. mãdat cãm
de nouo audiri. Sol. super intellectu illius versi. dãtur multe lecture
due in gl. pe. τ plurime extra gl. τ dimitto nunc glo. ꝓcedentẽ que con
gruentius expedietur postmodũ. Primo ꝙ illa verba si vero res ali-
ter se haberet τc. aduersentur omnibus precedentibus sic scilicet ꝙ nõ
fuerit lata sententia nec iuste fuerit conuictus per testes nõ idoneos.
Et tunc ad cõtrariũ respondetur ꝙ de gratia voluit papa causam iterũ
per istos secũdos iudices examinari. Sed iste intellect⁹ nõ placet Jo.
a an. τ communiter doc. quia fugiende[a] sunt lecture que contra naturaz
b sua iura deducunt ad gratias. [b]Secundus intellectus est ꝙ ista verba
si vero τc. solũ referantur ad testes: vt q: testes non fuerunt idonei sen
tentia tamen lata fuit. Sed hic intellectus nõ placet gl. q: ẽm hũc pa-
pa debuisset mandare sententiã confirmari. Tertius intellectus colli
gitur ex dictis Jnn. vt dicatur si vero aliter scilicet cum non appareat
sententiatũ vel si non essent testes male recepti. τ si diceres si testes nõ
fuerunt mali sententia erat ꝯfirmanda vel causa non erat vlterius exa
minanda. Respondet ipse quod primo papa mãdat inquiri de malis
testibus: q: ex illa cã fuerat appellatũ. τ illud sufficit probare vt cassef
sententia: sed illa causa cessante appellans ad aliã poterat habere re-
cursum cũ etiã a diffinitiua appellasset. de ap. constitutus. §. fin. vel ex
quo sententia erat secuta appellatio trahitur ad illam: vnde põt tunc
alias causas prosequi ac si a sententia appellasset secundum abbatem.
¶ Aduerte quia ex dictis Jnn. τ Abb. possunt colligi tres diuerse τ
varie lectu. Prima vt ver. si vero, τ c. intelligatur quando sententia nõ
fuit lata tamen testes fuerant male recepti: τ tunc mandat audiri cau
sam scilicet principalem. Secundo potest intelligi quando testes fue-
rant idonei: sed iste appellans vult aliã iniquitatẽ prosequi τ tũc opor
tet dicere causam audiatis scilicet appellati. et oportet presupponere
ꝙ fuerit appellatũ a diffinitiua. sed iste intellect⁹ non valet: quia tunc
papa ante omnia mandasset reuocari spoliationẽ factã post sententiã
τ omnia attentata reuocari: vt in. c. non solũ. de app. li. vj. τ. c. venientes
de iureiur. quod etiã videtur sentire Jo. an. τ facit glo. in ver. constite
rit. Tertius intellectus retentis eisdẽ terminis non tamen fuit appel
latũ a diffinitiua quo casu potest aliã causaz prosequi quia appellatio
trahitur ad diffinitiuã ex quo secuta est. τ hunc intellectũ sentit Abb.
post Jnno. sed non procedit: quia appellatio ab interlocutoria nõ po
test iustificari nisi ex causis deductis expresse in appellatione. vt in c.
appellanti. de ap. Et imputandũ est sibi quare non appellauit a diffi-
nitiua. ad hoc vide quod legi. τ no. in c. vna. de do. τ contu. Quartaz
lec. sentit Jnno. hic in alia gl. vt in ver. si vero. audiatur iste per benefi-
cium restitutionis in integrũ. vt q: ex aliqua causa probabili fuit ab-
sens: τ sic iudex recepit testes criminosos contra absentẽ non contuma
cem. Sed hec lectura non est vera: q: sola causa appellationis iste erat
absens: τ sic ea nõ iustificata debuit processus valere. Ex predictis ha-
bes sex lect. Septima lec. est Host. qui multa inuoluit τ in effectu vult
vt exponatur tex. ibi causam audiatis. i. sententiã cõfirmetis ex quo ap
erit eis adhibenda. et ita dicit Hugo. iiii. q. v. in sum. et in. c. i. qd semper no. Habes ergo qui dicantur domestici et qui familiares. et verbum familiares est magis latum quam verbum domesticus. et vide quod no. Cy. et alii in l. ii. C. eo. vbi hoc examinat. et quod conclusio glo. sit vera probatur. iiii. q. iii. idonei. et § testes quos. vbi probatur q illi quibus potest imperari non debent examinari: quia non sunt liberi testes: et tales sunt servi seu servientes pro precio. Consanguinei vero qui licet largo modo sint nobis familiares: tum qz tunc habent nobiscum familiaritatem: tum quia sumus de eadem familia: iuxta l. pnunciatio. § i. ff. de ver. signifi. tum quia eis imperari nō potest debent in testimonium admitti: sed propter affectionem non sunt omnino integri vt in c. consanguinei. iuncta glo. ii. q. v. facit c. literas. de presump. vbi frater admissus fuit ad purgandum fratrem: et opti. facit insti. de testa. § testes. vbi consanguinei heredis admittuntur in testimonium in causa testamenti nisi sint fratres heredis et sub eadem potestate: qz tunc videretur causa cōis. ¶ Sed contra predicta et contra tex. oppo. glo. de c. super prudentia. xiiii. q. ii. et de c. insuper. et c. cum nuncius. s. eo. vbi illi de vniversitate qui sunt familiares vniversitatis admittuntur in causa vniversitatis: rndet glo. dupliciter. primo q favore ecclesie illi admittuntur. et no. hanc solutionem quia facit ad ea que dixi in d. c. insuper. Secundo rndet q illi non ferunt testimonium pro aliquo singulari: sed pro ipso corpore vniversitatis. et hec sol. infert vt etiā illi de vniversitate singulari possint testificari in causa vniversitatis. sed hec solu. mihi non satisfacit: quia lz non testificentur pro aliquo singulari testificantur tamen pro ipsa vniversitate cui sunt domestici et familiares. arg. in c. ii. de penis. et aperte probat in d. c. super prudentia. ideo dico q isti possunt dici domestici et familiares vniversitatis nō tamē subsunt ratione patrie vel dnice potestatis: ideo admitti debent et in ecclesia facient plenam fidē favore ecclesie. in aliis crederetur eis secundum circunstantias. vt dixi in d. c. insuper. et dic vt ibi cum queritur: an singularis de vniversitate testificetur pro

6 ipsa vniversitate. ¶ † Sed extra glo. pro declaratione materie quero quid si super facto non habeo testes nisi familiares meos qui mecū sunt in servitio: Dic q consiliū est vt eos expellā a servitio meo: et postea potero eos pducere in testes. sa-

a tis enim est q tēpore testimonii[a] non sint mihi domestici. l. iii. § i. ff. eo. ita firmat Cyn. in d. l. ii. et Spe. eo. titu. § i. versi. quid si olim. vide Barto. in qui testamēto. ff. de testa. et melius per eundem in l. i. de questioni. vbi etiam querit quid ecōverso: si tempore facti aliquis non erat mihi domesticus sed tempore testimonii est domesticus: et concludit q admittitur dūmodo hoc contingat sine fa-

7 cto meo: dic plenius vt ibi per eum. ¶ † Querit

b quid de vxore[b] an admittatur in testem in causa mariti: et quid econtra: vide per Cy. in d. l. ii. per Specu. in d. § i. vbi prosequitur multas similes questiones. glo. iiii. q. iii. § idonei. dicit vxorē non admitti: quia sibi imperare pōt cū sit sibi subiecta. argu. xxxiii. q. viii. mulierē. Sed Specu. et clarius etiam Cy. vbi s. videntur cōcludere q inspiciamus qualitates viri vel vxoris. si autem talis est vxor vt verisimiliter timeat maritum non dz admitti. et idem dicendū in marito respectu vxoris: alās secus cum nullibi hoc phibeatur: nec est simpliciter verum q vxor sit sub potestate mariti: vt patet in l. si vxorem. C. de condi. inser. nisi ordine nature: et quo ad quedam servitia: vt dixi in c. literas. de resti. spo. sed crederetur plus vel minus secundum circūstantias: vt hic in glo. An autē compellatur vxor testificari contra maritū vel maritus contra vxorem: Cy. in d. l. ii. in fin. videtur velle quia non debet cōpelli ad testificandum cōtra domesticū et eum cum quo est vna caro. de biga. debitum. quod placet. argu. iiii. q. iii. nulla. vbi patet q etiam contra socerum nō compellitur quis testificari. hoc fatetur nisi in defectu testium: quia

tunc cessat privilegium: vt dixi in c. si qui. s. eo. et no. in c. i. s. de testi. cogē.

1 ¶ Appellās faciens actum corā iudice a quo videtur sue appellationi renūciasse.

2 Morte iudicis delegantis extinguitur iurisdictio delegata.

3 Facta publicatione attestationū: an liceat alios testes producere.

Cum venisset. Donec attestatiões fuerint publicate et eis renunciatum produci possunt testes: postea vero nō super eodem capitulo: sed super alio sic. h. d. quo ad titu. habet enim aliud dictum in principio quod nō facit ad materiam et potuisset hoc omitti. et sunt due partes. In prima partis questio. In secunda dat iudices. ibi: mandamus. quibus tria mandat. secunda ibi: questiones. tertia ibi: si que vo. ¶ Casus literalis. Inter abbatem de Sicolañ. ex vna parte et magistrum Martinum ex altera controversia super pluribus articulis vertebatur quam Lucius papa cōmisit quibusdam iudicibus fine debito terminandā. iudices tulerunt sniam super quibusdam articulis pro magistro. M. dicebatur q snia non valebat cum esset lata post appellationē interpositā occasione mortis delegantis. rndebatur ex parte magistri M. q appellatio non impedit quominus snia debeat cōfirmari cum post illam appellationem egerit et respōderit et testes pduxerit. et sic appellationi renūciavit et citatio iudicis mortem delegantis preuenerit. mādat papa quatenus si sententia fuit canonice pmulgata iudices illam cōfirment non obstante appellatione predicta: cum post illam appellationem egerit rnderit et testes produxerit: citatione facta ante mortem delegantis. Alias vo questiones super quibus testes producti fuerant et publicate attestationes vel etiaz si renunciatum sit hincinde testibus nullis aliis receptis super eodem articulo ab alterutra parte secundum tenorem illarum attestationū debeant terminare. Et si alie qstiones fuerint super quibus testes non fuerunt recepti: vel renūciatū eisdem: audiant hincinde partes que proponere voluerint finem debitum imponentes eisdem. Beri.

1 ¶ † No. i. q comparens et respondens seu actum positivum faciens super eo super quo appellaverat coram iudice a quo videtur sue appellationi renunciare. ad hoc s. de offi. deleg. gratum. et dic vt leg. et no. in c. si a iudice. de appel. lib. vi. et c. iii. de eo qui mit. in posses. ¶ No. ii. arg. q morte delegantis re integra non expirat ipso facto iurisditio: sed opus est exceptione: vnde si non excipitur valet pcessus. ita tenuerunt quidam per hunc tex. et quasdam alias rationes: quod puto verum: vt. j. dicam. et dic q ibi ponderatur tacitus consensus partium ad effectum concludēdi appellationem super qua pars adversa se funda-

2 bat ad impediēdas vires sententie. ¶ † No. in § questiones. qd publicatio attestationū impedit vtrāqz partem producere testes super eisdem capitulis vel directe contrariis: quod est expssum in cle. ii. eo. tit. ¶ No. arg. q cōmissa causa possunt iudices super aliquibus capitulis prius testes pducere et publicare et postmodum facere transitum super aliis nec publicatio in certis impedit productionē super aliis. Item not. q publicatio vel renūciatio facta super certis capitulis nō impedit testes pducere sup novis depēdētibus a veteribus. et hoc secundum aliū intellectum. potest enī iudicio meo iste § intelligi dupliciter. Primo q ista erāt capitula antiquitus pducta sed super eis non erat facta pductio nec renūciatio sed super aliis. Secūdo pōt intelligi q de novo fuerūt pducta tangētia tn causam: prout dixi in c. fraternitatis. s. eo. et vterqz intellectus est verus in se: et potest ad hanc literam applicari. ¶ Venio nunc ad materiam: et sicut sunt duo principalia dicta ita duo sunt discutiēda et vtrūqz applicabo ad glo. et primo videtur tex. iste innuere q mortuo mandato-

quid de ocubina. et q vxor sit domestica viro: tenet gl. in l. psenti. § sane. in ver. domestica. C. de his q ad eccl. cōfu. sed de hoc vide late p Spe. qui videtur cōcludere cōtrarium in titu. de teste. § i. in v. colū. vers. sed qd de vxore. et nunqd cōpellatur testificari contra maritū vide Spe. in d. titu. § pe. vers. sed nunqd vxor. ¶ Adde Ab. cons. lii. Ang. cōsi. lii.

Anto. Francis.

¶ An vxor testificetur pro viro vel cōtra virū: dicas q nō credo q possit pro viro testificari quia nō solū sunt domestici: et ideo eis est phibitū testimonium. vt in l. omnibus. et l. l. etiā. C. de testi. sed dicūtur socii divine et humane dom. l. possessionū. C. cō. vtriusqz iud. contra virū aūt puto etiā q non possit cogi testificari ne mutuo amore se spoliēt et det inter eos causa inimicitie et rācoris. iuxta ea q plene habentur i tit. de dona. inter vi. et vxo. de concubina autem dic q potest quia amica: per l. assurius. ff. de ver. signi. secundum Ang. in l. i. in § si vir. ff. ad filleia. et per doc. in l. parentes. et in l. etiaz. C. de testi. tn Bal. in d. l. etiā. in fi. dicit contra: et ibi Sali. cum sequitur: quia eqparatur vxori in affectu nō in honore: et ideo repellitur a testimonio sicut vxor. de q et per Lāfrā. in c. qm contra in ver. testes. de pba.

a ¶ In cõclusione. An facta in causa principali intelligat facta in causa appellationis: vide per Bal. in c. fraternitatis. in vlti. colũ. ŝ. eo. ⁊ an ⁊ quãdo sola renũciatio impediat pductionẽ testiũ: adde qd̃ no. per glo. ⁊ do. Anto. in c. cõstitutus. cl. ij. ŝ. eo. ⁊ vide eundẽ in c. vltra tertiã. ŝ. eo. ⁊ in c. in causis. in. iiij. col. ŝ. eo. ⁊ vide qd̃ no. ŝ. c. in vlti. col. ⁊ adde gl. in aut. qui semel. C. de pba. que dicit ꝙ sola renũciatio nõ ipedit productionẽ. ⁊ de ista qõne an impediat in causa appellationis propter renũciationẽ in causa principali: vide Imo. in cle. ij. i. ij. col. vẽ. deinde tractat. c. ti. ⁊ p Bar. l. o. aut. qui semel. in. iiij. col. vẽ. qro. vtrũ renunciatio. vbi cõcludit ꝙ nõ obstet in causa appellationis nisi in renũciatione hoc fuisset expssum. ⁊ alr. Specu. in tit. de renũ. ⁊ conclu. §. i. in. i. colũ. versi. hoc autẽ scias. ⁊ Inno. i. c. intimauit. ꝺ testi. ibi etiã ponit in versi. qro quid si vnus. vtrũ renũciatio vnius piudicet alteri: ⁊ ꝯcludit ꝙ nõ per aut. iubem'. C. de iudi. an autẽ conclusio in causa pncipali ꝑcludat viã ⁊ facultatẽ in causa appellationis: vide do. Ant. i. c. cum dilect'. circa fi. de fi. instru. ⁊ de hoc articulo videlicet an renũciatio in causa principali extendat ad causam appellatiõis: vide p Bal. in l. ij. ff. eo. in apost. vbi refert dictũ Inn. hic: ⁊ de isto termino exclusiuo facultatis pbãdi videlicet renũciatiõe: vide plene p Bal. in. o. aut. iubem'. in penul. col. C. de iudi. ⁊. d. Ant. aliquid tangẽtem. ŝ. eo. fraternitatis. in. viij. col. ⁊ adde quod istud dictũ Inno. hic valet ꝙ renũciatio vel cõclusio in causa pncipali nõ obstãte in causa appellationis. alr. ⁊ dicit esse multum no. dictum do. Anto. in c. cum olim. in. xij. colũ. de censi. ⁊ idem dicit Bar. in l. si accusatorib'. C. de accu. de quo vide per Bal. in sua marga. Inno. in versi. renũciatio. in. vij. q. vbi idem dicit de cõclusione. vide do. Anto. in c. pastoralis. in. iij. col. de cau. posses. ⁊ proprie. Anto. Francis.

re integra iudices possunt pcedere de cõsensu partiũ. Sed ꝯtra hoc facit quia per mortẽ mandatoris re integra iurisditio extinguit ipso facto: vt in c. gratum. ⁊ c. licet. de offi. dele. ergo partes non potuerũt dare iurisditionẽ non habenti: quia ꝯsensus priuatorũ ⁊c. de foro cõpe. significasti. facit. c. significantib'. de offi. dele. cum simi.

2 ¶ † Glos. ij. hic assumit disputationẽ super hoc articulo ponendo duas opi. quidam enim dixerunt iurisditionem non expirare ipso iure: sed opus esse exceptione. ⁊ hanc opi. tenuerunt hic Goffre. ⁊ Philip. ⁊ expresse Inno. in c. licet. de offi. lega. ⁊ adducit istum text. in arg. ⁊ Bartho. brixiẽ. in q̃stione venereali que inci. querit vtrum morte. Inno. vo hic nõ loquit ita assertiue sicut fecit in. d. c. licet. sed refert quosdã dicere ꝙ iudices delegati etiam post mortẽ delegãtis iurisditionẽ habent: licz possint exceptione elidi ⁊ si non excipiat cõtra ipsos iudices tenet qd̃ faciũt. et est ad hoc arg. fm eũ: quia tempus date inspiciẽdũ est. ŝ. de rescri. cum te. Item quia sola pñtatione rescripti iudicio perpetuatur: vt postea nõ valeat rescriptũ impetratũ cõtra illud. vt not. ŝ. de rescrip. plerũq. Item quia super ipsis psonis et rebus in libello expressis statim habet iurisditionem delegatus. ŝ. de ꝑscrip. pastoralis. §. i. refert tamen alios tenere ꝯtrium. Illud tamen constat fm Inno. ꝙ partes possunt iurisditionem prorogare per suos cõsensus: vt hic. et de offi. dele. sane. et sic Inno. non bene firmat hic pedes: nisi in hoc vltimo scilz respectu prorogationis fiende: videt tamen magis declinare in primã partem vt ipso iure nõ expiret iurisditio. Secundã opi. ꝯtrariam firmat hic glo. ⁊ ex toto ꝯtradicit opi. Inno. dũ dicit ꝙ etiam partes non possent in hoc cõsentire: quia ꝯsensus priuatoꝝ ⁊c. ⁊ hanc secũdã opi. tenuit Vincẽ. in c. licet. de offi. dele. ⁊ Hosti. hic. ⁊ Gul. in spec. de lega. §. restat. versi. item mortuo. alr inci. quid si delegat'. ⁊ refert Bar. in c. gratum. ꝙ hec questio de facto cõtingens fuit missa Bononie ꝯsulenda ⁊ cõsultores inter quos fuit Egid. cõsuluerunt pro hac parte. ⁊ hec opi. placet Jo. and. hic. ⁊ Bart. in l. et quia. ff. de iurisdi. omniũ iudi. ⁊ Butriga. in l. eius qui in prouincia. ff. si cer. petatur. ⁊ in l. i. ff. de iurisdit. omniũ iudi. ⁊ cõmuniter Moder. hic. licz aliter senserit Archi. in c. si a subdelegato. de offi. deleg. lib. vi. vbi tenet opi. Inno. ꝙ opus sit exceptione per illum tex. sed precedentẽ opi. puto longe veriorem nam multa sunt iura que dispositiue loquentia aperte innuũt iurisdictionẽ expirare ipso facto: ⁊ nullum ius aperte dixit oppositũ. ad hoc tex. in c. gratũ. ⁊ c. licet. preall. vbi nulla fit mẽtio de exceptione: ⁊ magis expssum videt in c. fi. §. officium. eo. titu. lib. vi. vbi ipso iure expirat officiũ conseruatoris qui habet delegatũ: vt ibi no. ⁊ in. c. i. eo. tit. ⁊ lib. ⁊ dixi de ꝯseruatore: quia in eo videbatur magis dubiũ cum daretur: nõ ad certã causam certo tẽpore expediendam: sed opus esset conseruare ius impetrãtis. Item videmus regulariter quodlibet mandatum re integra euanescere ipso iure. insti. mãda. §. item si adhuc integro. habem' enim regulã pro ista parte cui standum est nisi aperte pbetur oppositũ. vt no. glo. super rub. de iureiurã. in. vj. ⁊ pbatur in c. ij. de coniu. lepro. in fi. non ob. iura alr. pro ꝯtra parte nec rationes. Et primo ad hoc c. ridet dupliciter intelligendo ꝙ hic precesserat citatio. vt dicit glo. sed hec sol. non placet: tum quia diuinat: tum quia esset de in dubio: per. d. c. gratũ. melius ergo dicẽdum ꝙ solum hic tollit appellatio: vt patet ibi: ne appellatio ⁊c. non enim poterat pars impedire confirmationẽ sñie fundãdo se super appellatione cum illa renũciauerat agẽdo coram iudice a quo post appellationẽ: vt. ŝ. dixi. non enim per hoc infert quin nullitatis via potuisset pars se defendere aduersus sñiam. ad hoc qd̃ legi. ⁊ not. in c. licet. de sen. excõ. lib. vi. ⁊ in c. sepe. ⁊ in c. dilecto. ŝ. de appel. ⁊ per hoc no. ꝙ non solũ renũciat appellationi qui cõparet coram eo qui nõ habet iurisditionẽ: sed etiã si cõparet corã illo cuius iurisditio in veritate est extincta ex quo de hoc dubitat. Ad c. si a subdelegato. dic ꝙ ibi fuit exceptũ ⁊ appellatũ vt euitaret grauamẽ factũ: ibi enim non dicit ꝙ fuerit necesse appellare. simile in. d. c. dilecta. ⁊ in c. exhibita. de iudi. cum multis simi. Non obst. rationes Innocẽ. ꝙ debebat inspici tempus date: ⁊ ꝙ iurisditio imprimit a tempore pñtationis ⁊c. quoniam licz iurisditio imprimat tunc: exercitiũ tamen non est perpetuatum ⁊ radicatũ in eo nisi vti ceperit: ideo si morit mãdans sicut iurisditio euanescit in psona illius: ita ⁊ in persona mãdatarij: vide simile in quolibet mãdatario nam a tẽpore mãdati imprimitur potestas exequẽdi ⁊ nihilomin' morte mãdatoris ipso facto extinguit mãdatũ re integra existẽte. ad idem. c. i. de offi. vica. li. vi. vbi extinguit seu suspendit iurisditio vicarij extincta vel suspẽsa iurisdictione episcopi: quia tota iurisditio est in epo ⁊ ab eo deriuatur in vicariũ: ita est in delegãte ⁊ delegato re existente integra. argu. in l. i. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. et c. sane. de offi. delega. alr si diceren' ꝯtrium ad quid tunc iura ponderarẽt mortẽ mãdatoris re integra.

3 ¶ † Uenio nunc ad secundũ passum: et quero quid si fuissent pducta aliqua capitula: ⁊ aliquib' testib' receptis: vel non receptis fuisset facta renũciatio nunquid liceret amplius testes pducere: Glo. fi. ꝯcludit ꝙ nõ: quia cuilibet iuri suo renunciare licet ⁊c. vt in glo. Aduerte latius post Inno. quiꝗ renunciatio pductionis testiũ fuit restricta ad certa capitula: quãꝗ fuit generalis. Primo casu vult Inno. qd̃ nec in principali nec in causa appellationis licet ampli' super illis testes pducere. arg. a ꝯtrario. ŝ. eo. cõstitutus. cl. ij. sed sup nouis bene licet: ⁊ in principali: ⁊ in causa appellatiõis: vt hic. ⁊. ŝ. eo. c. fraternitatis. ego fateor ꝙ in causa principali non licet nisi per beneficiũ restitutiõis in integrũ speciale si est ecclesia: vel minor: vel generale ex iusta causa si est maior: iuxta ea q̃ dixi in c. intimauit. ŝ. eo. Sed dubito an hoc dictũ pcedit in causa appellatiõis: cum renũciatio simpliciter facta in causa principali rescindat per sñiam: sicut ⁊ alia acta vsꝗ ad litem contestatã: vt in. l. ita demũ. ⁊ qd̃ ibi no C. de procu. hoc patet in cõclusione[a] facta in causa principali que habet vim renũciationis:[b] vt in c. cũ dilectus. de fi. instru. ⁊ tamen non extẽditur ad causam appellatiõis: vt in c. cum ioannes. de fide instru. ⁊ facit qd̃ dicã in seq. mẽbro. ⁊ hoc in-

¶ Circa istam materiã de cõclusione in causa: dicas ꝙ ꝯclusio in causa facit nullas esse partes iudicis nisi in iudicãdo. ⁊ propterea dicebat Inno. in c. pastoralis. de cau. posses. ⁊ ppric. ꝙ impediebat allegationes fieri tam in iure ꝙ in facto: qd̃ tamen non videt procedere quantum ad allegationes iuris: quia ille semper post cõclusionẽ in causa fieri possunt. ⁊ ita seruat cõmunis practica fm do. Card. in cle. j. in. xij. q. de cau. posses. ⁊ propric. adde tamen ꝙ iudex post conclusum in causa non potest ipse supplere in aliquo: fm Bal. in l. fi. in. xviij. colũ. in versi. sed dubitat an ꝯclusio in causa. C. de edi. diui adria. tol. ⁊ vide do. Anto. in c. dudũ. el. i. in. ij. col. et do. Abba. ibidẽ in. ij. col. ⁊ sequẽ. de dec. vbi dicit ꝙ cõclusio in causa nunꝙ tollit allegationes iuris. et adde etiã ꝙ talis cõclusio licz impediat pbationes fieri nõ tamẽ tollit pbationem que fieret per partis ꝯfessionem. ita no. voluit Bal. in rub. C. de pba. in iij. col. et Pau. de ca. et Alex. in l. publia. i. §. i. ff. depo. qd̃ est verũ fm do. Pau. ibi in spontanea ꝯfessione: vt per do. Ant. in c. licet causam. e. ti. de proba. nec etiaz tollit pbationem que fieret p inspectionẽ oculorũ: vt plene reddit in locis preall. ⁊ adde etiã ꝙ cõclusio in causa ciuili nõ preiudicat i criminali: fm Bald. in l. si quis testib'. in pe. colũ. C. de testi. ⁊ l. fi. C. de fi. instru. nec etiam tollit in integrũ resti. vt per do. Cardi. in clemẽ. ij. de testi. in iiij. q. et per dñm Pau. i ꝯsi. cccij. nec etiaz impedit interrogatiões fieri posse per iudicẽ etiã ad partis instantiam in causa summaria. ⁊ est gl. reputata singu. in ver. interrogabit quã etiã ibi doct. no. in clemẽ. sepe. de ver. signi. ⁊ vide per Spe. in tit. de renũ. et cõclu. i. §. i. vbi etiã ponit nũquid tollat probatiões in causa appellationis maxime sup nouis articulis: quia dici solet in causa appellationis: nõ deducta deducã ⁊ non probata pbabo. l. per hãc. C. de tẽp. appel. et adde ꝙ ꝯclusio i causa tacite reuocat si iudex post illã admittat articulos: fm do. de Ro. in deci. v. ic. itẽ si post. in no. et lz loquant in cã bñficiali: tñ vide d. Anto. ⁊ Jo. de imo. i. c. auditis. i fi. de pba. ⁊ do. Ab. in c. qm̃ ẽ. in. xiij. col. et vide Alex. in l. admonẽdi. in. xiij. col. de iureiu. ⁊ eũdẽ Alex. in ꝯsi. lxv. in. iiij. parte. ⁊ d. Ant. in cle. testib'. in. ij. col. de test. ⁊ Sebast. Sap.

b ¶ Uim renũciationis. Qd̃ ꝯclusio in causa ⁊ renũciatio pductioni testiũ equipareat: tenet Spe. in ti. de renũ. et cõclu. versi. et nota ꝙ eo ipso. et Cardi. in ꝯsil. xxiij. inci. in causa amarcti. in princi.

telligẽ vbi

a Seba. Sapia. ¶ Et l. lucius. De intellectu illius l. lucius ff. de condi. et demo. vide Feli. in rub. de proba. col. ii. vers. sed adverte. et ibi late per Deci.

b ¶ Notari⁹. An notari⁹ possit conficere instrumentum super nativitate alicuius maxime qui non vidit partum exeuntem de ventre matris. et a quo tunc rogari debeat notari⁹. vide per do. Anto. in c. i. in fi. viii. col. de fi. instru. et de quadruplici scriptura natalium: vide bal. post Nico. de mat. i. l. neque natales. C. de proba. ad ô alex. consi. crix. Anto. Francis.

¶ Dicas quod notari⁹ non potest rogari neque conficere instrumentum nisi de his que vidit: vel audivit: et de his que fiunt in sui presentia: ut per Inno. i. c. fraternitatis. de heret. et per Bal. l rub. C. de fi. instr. et in l. cum precibus. C. de pba. et l auf. sed novo iure. C. si cer. peta. et per Inno. in c. i. de fi. istru. et per Pau. de ca. in consi. xl. et ideo non potest conficere instrumentum super nativitate alicuius nisi ipse et testes in instrumento descripti viderint illum nasci vel de morte alicuius nisi vidissent illum mori vel de vulnere illato alicui: nisi et notari⁹ et testes vidissent de mandato tamen iudicis posset instrumentum conficere faciendo in instrumento mentionem de tali iudicis mandato: ut per Pau. de ca. in l. fior aut. §. i. in fi. et ibi per Alex. ff. de edē. et Bal. in tit. de pa. consti. i. §. possessiones in ii. col. et in l. imperator. ff. de sta. hoim. et in rub. C. de fi. instr. l. iii. col. et i. l. neque natales. C. de pba. ubi dicit quod tale instrumentum sic factum de mandato iudicis non probat sed facit aliquale indicium. et vide Jo. and. in addi. Spe. i tit. de istru. edi. i. §. post quam. in addi. que incipit hanc materiam.

Sebastia. Sapia.

b ¶ Notarius. De quibus rebus notari⁹ possit conficere instrumentum: vide Feli. in c. i. col. vii. vers. item regris. i. de fi. istr. Zacharias.

c ¶ Plenam fidem. Addeque etiam favore dotis inducunt plenam probationem. no. Rom. sin. suo cccxxvi. ici. verba enunciativa. et ô

tellige ubi obstat timor subornationis: ut quia super illo c. aliqui fuerunt testes producti. Si vero fuit renunciatio generalis: et tunc videtur velle Inno. ut non extendat ad causam appellationis que est alia a prima: nec credendum quod de hoc intellexerint: nisi expresse dixissent quod renunciabant etiam respectu cause appellationis. fatetur tamen Inno. quod sicut renuncians potest excipere: ita et testes super exceptione producere. arg. hic. et i. eo. causam. ii. Primum membrum mihi placet. et facit ad ea que dixi in precedenti membro. sed dictum est generale quare puto quod super exceptione poterit testes producere sed capitula de novo ad fundandam intentionem suam facere non poterit in causa principali obstante renunciatione generali: ut patet. Hec omnia predicta limita quando in causa fuerunt facta capitula. si autem non fuerunt tradita capitula: sed super libello: et sic super tota causa fuerunt producti testes non licet amplius post publicationem seu renunciationem producere testes: quia non est dare capitula nova. iuxta ea que dixi post docto. in c. fraternitatis. etc.

1 ¶ Accusatio quandoque ponitur pro actione.
2 Instrumentum an possit fieri circa consanguinitatem probandam.
3 Verba enunciativa quando faciant probationem et quando coadiuvent.
4 Instrumenta possunt produci usque ad conclusionem.
5 Quibus casibus publicatis attestationib⁹ licitum sit alios testes producere.
6 Non valet consuetudo impediens productionem testium fiendam per eum.
7 Testes inducti pro adversa parte per quos testes possunt probari.

SEries. Legitur variis modis: sed duobus modis summari solet per docto. secundum duos intellectus communiores. et primo sic. Publicatis attestationibus potest falsitas priorum testium reprobari. hec tamen lec. simpliciter non est vera ut patebit ex infra dicendis. secundum summarium est. In causa matrimoniali publicatis attestationibus super eodem capitulo possunt alii testes induci. Ego summo etc tertio non ponendo aliquam specialitatem in causa matrimoniali et reperendo primum summarium sic. Publicatio attestationibus potest falsitas priorum testium etiam directe probari si super directa vel indirecta probatione non potuit pars ante publicationem instrui. Vel quarto summo sic et notabili⁹: potest reus producere testes ad probandum contrarium eius quod actor probavit si publicatio attestationum non est facta consuetudine contraria non obstante. h. d. Cōis divisio. secunda ibi: presenti. ¶ Casus litteralis. Filii quorundam nobilium contraxerunt adinvicem matrimonium tandem pars una matrimonium accusavit: et testes produxit legitimos qui consanguinitatem inter predictos firmiter asserebant: ponentes duas personas in primo gradu. B. videlicet et J. dicentes illos esse fratrem et sororem. pars adversa dicebat id falsum esse scilicet B. esse sororem. J. et ad hoc probandum inducebat testes et publicum instrumentum. Sed pars illa que matrimonium accusabat dicebat testes illos non esse recipiendos: et iudex esse dicebat: quia non erat consuetudo ecclesie sue ut post tales receptos et publicatos qui consanguinitatem computant alii ex opposito admitterentur. iudex consuluit quid sibi esset agendum: rndet papa quod si non est aliud quod impediat non obstante illa consuetudine iuris contraria testes admittat ad probandum quod primi tulerunt falsum testimonium: quia et post sententiam etiam admitterentur: cum per illos ecclesia decepta fuisset. et ita sententia contra matrimonium lata non transit in rem iudicatam: quia semper auditur volens proba-

re contrarium. Ber. ¶ † No. ibi: accusabat etc. non vitiari libellum licet verba improprie ponantur. hic enim cum ageretur ad dissolutionem coniugii propter consanguinitatem non cadit proprie accusatio que fit cum agitur criminaliter ad penam condignam imponendam. ut in c. qualiter et quando. ii. de accu. et c. per tuas. de simo. vide pro concor. ho. tex. cum glo. in c. constitut⁹. de rei. domi. facit l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. sed pro tanto hic fuit appositum verbum accuso: quia versatur crimen incestus data consanguinitate. Ex his infero quod accusatio criminalis vel civilis non discernitur ex verbis: sed potius ex conclusione libelli. simile in c. ex parte. ii. de fo. compe. ¶ No. ii. iuncta glo. i. quod ad probandum consanguinitatem non est necesse incipere a stipite primo id est a communi parente a quo isti descenderunt. sed satis est incipere a primo gradu: scilicet a fratrib⁹ seu sororib⁹. et clarius est expressum in c. tua. i. de consan. et affini. ¶ No. non valere consuetudinem veritatis investigande ad peccatum evitandum impeditivam: alia non colliguntur quia

2 veniunt examinanda cum glo. ¶ Venio ad glo. fi. quia prima fuit. i. expedita et opp. videtur enim quod instrumentum erat inutile circa consanguinitatem probandam cum super ea non possit confici instru-

a mentum. ad hoc c. per tuas. i. de pba. et l. lucius.^a ff. de condi. et demo. ubi habetur pro impossibili quod quis possit se probare fore filium certe persone. Glo. fatetur contrarium et tex. rndet quod instrumentum inducebatur hic ad probandum consanguinitatem indirecte: ut quia ibi nominabantur aliter quam frater et soror. Nec obstat publicatio productioni instrumenti: per c. cum dilect⁹. de fi. instru. Tria habes colligere ex hac glo. Primo quod super consanguinitate non potest directe confici instrumentum. Hosti. sentit contrarium. dicit enim quod forte de natalib⁹ fuit confectum instrumentum in quo continebatur quis et ex qua talem susceperat: et quo anno et die nata seu natus fuerat. all. C. de inge. et manu. l. penul. et l. ista quidem. quod me. cau. que iura hoc non probant unde dicit do. Anto. se non videre quomodo scriberet

b notarius^b qui non fuit presens actui partus nisi forte fuisset presens quod satis videtur verecundum vel nisi scripsisset circumstantias actus vel si hoc audivisset a testibus: sed tunc esse instrumentum de auditu. Ego credo quod respectu patris non posset nec instrumentum scribi: nec per testes probari ut patet ad sensum. et probatur in d. l. lucius. et in d. c. per tuas. posset tamen scribi presumptio que iuris dispositione probat filiationem: quia nat⁹ fuit ex tali muliere coniuge talis etc. l. si vicinis scientibus. C. de nup. et l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. sed respectu matris bene posset probari quia mater semper certa est. l. quia mater. ff. de in ius vocan. Sed oportet quod notari⁹ esset presens vel scriberet actus circumferentes partum quod de facili non con-

3 tingit. ¶ † Secundo habes ex glo. multum not. quod verba enunciativa instrumenti confecta non principaliter propter se sed propter aliud faciunt fidem. quod videtur contra c. si papa. de privile. lib. vi. et no. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. sed intellige glo. quod faciunt fidem: non tamen plenam sed coadiuvant alias probationes. pro hoc quod legi. et no. in c. si. de succes. ab inte. ubi plene no. de istis verbis enunciativis. Et ubi ageretur de modico preiudicio faciunt

c plenam fidem.^c ut est tex. iuncta glo. no. in c. cum olim. de censi. facit quod leg. et no. in c. cum causam. i. de proba. et vide ho. text. cum glo. in c. illud. de

4 presump. et hoc no. ¶ † Tertio no. ex gl. in fi. sui intellectum ad c. cum dilect⁹. de fi. instru. ut instrumenta possint produci usque ad conclusionem in causa post publicationem attestationum etiam si sint contraria attestationib⁹ alterius partis. et sentit gl. in ii. q. iii. in fi. quia non est ita timendum de subor-

Anto. Francis. ¶ Circa verba enunciativa primo que dicantur verba enunciativa: vide Bal. in l. i. i. col. in vers. ulti. all. et in ii. col. in vers. quero quid. C. de fal. cau. adie. le. et an probet in dote seu pro dote: dicas quod saltem probant semiplene et plene cum iuramento uxoris: vide de Bar. fin. in consi. xxxiii. inci. factum sic se habet titi⁹ et sei⁹. ubi etiam dicit quod pro dote quandoque plene probant. l. i. cum gl. C. de do. promis. et vide Pau. de ca. in consi. lxxxii. inci. titi⁹ de bellanis. et videre do. Ant. in c. si. de iureiu. et vide per Ale. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. et an probent in contractu: vide in l. opti. C. de contrahen. et commit. stip. et vide Bar. i. l. si forte. de castren. pecu. et per Alex. i. l. rem alienam. de pig. act. et in l. si donatione. C. de col. la. et an et quando etiam probent: vide Bar. in l. luci⁹. i. §. filiam. ff. ad treb. et vide per Bal. et Ang. i. l. cum aliqs. C. de in. deli. et per Bar. et Alex. i l. non epistolis. C. de pba. et per Alex. i. l. emptor. l. §. ancilla. de rei vend. et an et quando disponant in ultimis voluntatibus in contrib⁹ et in statutis: vide i. d. l. ex his verbis. C. de te. mili. ubi ponuntur multe remissiones per Bar. et Alex. l. d. l. ex hac scriptura. de dona. adde tamen quod in testamentis ad piam causam disponunt. casus est singularis secundum Card. in c. indicante. de testa. et vide Bar. i. l. i. in ii. q. vi. prin. q. C. de sa. san. eccle. i. xx. col.

ver. de futuro emissis an et quando disponat per eundem Roma. sing. cliii. inci. quid si dicit testator. et generaliter an et quando probent: vide per Bal. in prelu. feu. v. charta. vers. et circa hoc dubitatur. Bar. in l. gerit. col. xxxiii. et seq. ff. de acq. here. et Alex. in l. ex his. ubi multas remis. all. C. de testa. mili.

Sebastia. Sapia.

a ¶ In causa matrimoniali. imo vbi suadet equitas videtur ꝙ post publicatas attestatiões possint de nouo testes pduci: vt generaliter sentit dñs Ant. in. c. i. §. de iudiciis. vbi dicit ꝙ post ꝯclusũ i causa possunt pduci instrumẽta qñ equitas suadet: ⁊ ita dicit de facto obtinuisse. hic est ꝙ qñ sunt testes legalissimi possunt pduci post ꝯclusionẽ i causa: vt p Alexã. in aut. iubem⁹. C. de iudi. qđ saltem procedat allegata equitate canõica fm do. Anto. in. c. fi. in fi. §. de pba.

b ¶ Iudex. Publicatio verbalis in iudicio sola nõ ipedit pductionẽ testium. ⁊ ita tз do. Ant. h in vlti. col. vñ. ꝯcludẽ aliqua ex predictis. ⁊ hoc idẽ dicit do. Ant. in. c. fraternitatis. in. xxiii. col. §. eo.

c ¶ Indiscrete. publicatio attestationũ discrete facta volente vel inuita parte nõ impedit pductionẽ testiũ. ⁊ ad hoc vide hic do. Ant. i. vlt. col. ibi q̃dã est publicatio. ⁊ in. c. cõstitutus. d. iñ. circa fi. §. eo. ⁊ i. d. c. fraternitatis. i. xxiii. columna. §. eo.

d ¶ Octauam lectu. Publicatis attestatiõib⁹ possunt produci testes mixtim cũ istrumẽto. ⁊ istud singu. quẽ q̃tidie allegãt aduocati. sentit etiã do. Ant. h. §. primi. col. v. vł dicas. ⁊ amplius. §. eo. c. in fi. vlt. col. ⁊ sequit Roma. in repe. ru. fin. ff. de arbi. ⁊ facit ad hoc qđ not. Ia. but. ⁊ Bal. i. l. certi condictio. §. q. fi. ff. si cer. pe. vbi dicũt ꝙ si p statutum non põt fieri pbatio p testes a certa quãtitate supra si tñ approbationes debiti pducant testes ⁊ istrumẽta: l͡s se in uicẽ coadiuuãtia admittit illa probatio lз

tatione in notario ⁊ testib⁹ sicut in solis testib⁹. ¶ Opp. cõtra tex. ⁊ videtur ꝙ hec ꝯsuetudo de qua in tex. non sit iuri ꝯtra vt innuit iste tex. in fi. imo potius sit iuri consona cum iure satis cautũ sit vt publicatis attestationib⁹ alii testes sup directo ꝯtrario non recipiantur. §. c. proxi. ⁊ clarius in cle. ii. eo. tit. Sol. glo. fi. sentit quatuor intellectus ad tex. Primus fuit Vincen. acquiescẽtis ꝯtrario: ⁊ ad istum tex. respõdẽtis ꝙ non est decretalis: sed hoc reprobat glo. ⁊ bene. nam olim forte anteꝗ̃ hec decretalis esset hic incorporata potuisset hoc dici: sed hodie non: vt patet. §. in proemio. ⁊ profecto hoc dicit Vincen. tunc vt refert Io. and. hodie autem in secundo apparatu aliter dicit: vt. §. subnectam post glo. Secũdus intellect⁹ glos. est ꝙ speciale est cum aduersari⁹ vult pbare falsitatem testium: nam illa pbari potest etiam post sñiam vt in iuribus all. in glo. Iste intellect⁹ non est verus simpliciter: q2 lз possit agi de falsitate etiam post sñiam non tamen debet pbari directe ad effectum obtinẽdi seu reprobãdi sñiam: quia esset producere testes sup articulis directe primis cõtrariis ꝙ non licet propter timorem subornationis. vt i cle. ii. eo. titu. sed debet probari indirecte vel cum adiectione corruptionis. iuxta no. in. c. licet. de proba. Tertius intellect⁹ ꝙ iste erat articulus nouus: vt sentit glos. ibi: qñ super eo articulo ⁊c. Et clarius ponit hoc Inno. hic dicens hunc esse nouum articulũ pendentẽ ex veterib⁹: sed certe hoc non procedit quia lз sit nouus est tñ directe ꝯtrarius antiquo. naз cum fuisset probatum A. ⁊ B. esse fratrem ⁊ sororẽ. ⁊ iste nunc volebat probare ꝙ non erant frater ⁊ soror. ergo volebat probare directe ꝯtrarium qđ non licet. vt in. d. cle. ii. Quartus intellect⁹ est ꝙ ponit casum specialem in causa m̃rimoniali. sicut eñ in illa licet probare ꝯtrarium etiam post sñiam cum non trãseat in rem iudicatã: ita ⁊ forti⁹ post publicationẽ. Nec obst. c. iurauit. §. de proba. quia fm glo. hic non poterat omnia hec probatio sine periculo anime cum ageretur de matrimonio iam ꝯtracto: ibi vo nullũ suberat periculũ in non ꝯtrahendo. ¶ No. bene hanc rationẽ glos. que fundat se super peccato ⁊ nõ super fauore matrimonii. Ex quo infert vnũ verum ⁊ notandũ ꝙ tunc in causa matrimoniali a p⁹ publicatis attestatiõib⁹ recipiunt testes cum versat peccatũ non remissibile per partes. infert ratio secundo ꝙ vbicũꝗ versat tale peccatũ non obstat publicatio productioni testiũ. vide in hoc quod plene dixi in. d. c. iurauit. ⁊ qđ no. in. d. c. lator. ⁊. c. ꝯsanguinei. de re iudi. hanc vlti. lec. sequitur Host. ⁊ dicit eam tenendã quicquid alii scribant. ⁊ hanc opi. sequit Io. and. hic. ⁊ dicit eam probari in. c. cum in tua. §. eo. ⁊ in hoc est duplex fauor matrimonii fm eum. Primo quia in aliis causis non licet pbare falsitatẽ directe proiũ testium: quia esset pducere testes super articulo directe cõtrario quod non licet. vt in. d. cle. ii. sed in causa m̃rimoniali licet vt hic. scđo quia in causa matrimoniali super capitulo super quo deposuerunt testes si non pbauerunt poterũt alii produci quod in aliis causis non licet in. d. cle. ii. Et vult dicere in effectu: quia in causa matrimoniali possunt produci testes publicatiõe non obstante super eodem capitulo vel super directe ꝯtrario. Sed aduerte quia restringit hoc in eo qui stat p matrimonio: secus in illo qui stat contra matrimoniũ. Sed Io. cald. hoc vltimũ reprobat dicẽs idem esse in eo qui stat contra matrimoniũ allegando impedimentũ perpetuũ cum sit eadẽ ratio: scз peccatũ euitãdi. Item fauor est dissoluere matrimoniũ contra legẽ dei ꝯtractum sicut cõsolidare legitime ꝯtractum. ⁊ hoc sequit do. Ant. hic. ⁊ est dictuз verissimũ. ⁊ facit bene. c. i. cum glo. fua. §. de ꝯsan. ⁊ affi. ui. Et dic plenissime vt dixi in. d. c. iurauit. hanc lec. dico verissimã in se lз Goffr. in. c. sicut. §. de spõsa. ⁊ in sum. huius ti. in penul. col. tenuerit ꝯtrarium dicens ꝙ admittere testes super eodẽ capitulo non est augere fauorẽ: sed viã falsitatib⁹ aperire. vt in aut. eo. §. quia. ⁊ iuitur

ridere ad istũ tex. ⁊ ad. c. ex tenore. et. c. cũ in tua. §. eo. ⁊ videtur non recte ridere adducẽs pro se. c. constitutis. el. ii. §. eo. quod non facit vt ibi dicet. Sed multũ facit contra ratio illa quam sentit. timor enim subornationis impedit productionem testium super eodem capitulo directo ꝯtrario. vt. d. cle. ii. sed in hac causa matrimoniali non est minus hic timor precauẽdus. argu. c. i. de iura. calũ. lib. vi. Item vbi maius periculum vertit ibi cautius est agendũ. in. c. vbi periculũ. de elect. lib. vi. Sed in casu nostro vertitur periculũ maius ꝗ̃ in aliis: ergo cautius est vitandũ falsitatis periculũ. Ego riderem dupliciter. et primo sic ꝙ in causa impeditiua non est timor subornationis dũtaxat: sed etiam occurrit culpa non pducentis ante publicationẽ et tacita renũciatio que oritur ex publicatione. Item vt litium sit finis nec liceret in infinitũ testes pducere: vt colligi potest ex not. p Io. and. ⁊ per me in. d. c. fraternitatis. ac etiam in causa m̃rimoniali: lз subsit periculũ subornationis: alie tamen rationes non ꝯcurrunt: per ea q̃ leg. ⁊ no. in. c. ꝯsanguinei. et. c. lator. de re iudi. Secundo potest rideri sic ꝙ lз subsit timor tñ propter ꝑsumptionẽ cui poterit iudex caute puidere non debet impediri via veritatis habende ad euitandũ periculũ animarũ. nam plus ponderat ratio peccati ꝗ̃ timor subornatiõis: qđ patet expresse in. d. c. lator. ⁊. c. ꝯsanguinei. vbi pars admittitur etiam post sñiam: et hec not. Sed quãꝗ̃ hec lec. sit vera in se non tamen cõgruit multum huic litere: tum quia non fundat se super matrimonii fauore: tum quia nullam facit mentionem de publicatione. Unde legitur quinto fm Vincẽ. b ꝙ hic non erat facta publicatio sed iudex b simpliciter dixerat reo reprobatũ esse ĩpedimentũ et ppter hoc iudex nolebat eum admittere ad probandum ꝯtrarium qđ non erat fiendũ cum non didicisset plene testificata nec sciuisset formam ⁊ circunstantias depositionũ. Vel sexto fm eũdẽ erat de cõsuetudine puincie illius vt pars interesset depositioni testium: et propter hoc iudex volebat excludere partem: qđ non est fiendũ: qđ no. Item c septimo fm eandem Vin. iudex indiscrete c publicauit testes et ideo non fit preiudicium parti quominus alios pducat. pro hoc qđ no. Spe. eo. tit. §. satis vtiliter. ver. xvi. et dixi in. c. fraternitatis. Iste tamen tres vlti. lec. lз sint vere in se. et nod dinumant tamen ad istum tex. Octauam lect. d sentit hic do. Ant. ꝙ pductio instrumenti illidebat presumptionẽ subornationis testiũ. hec lec. mihi placet in se. vide ad hoc qđ in simili no. Inno. in c. clamor. §. eodem. et quod dixi in. c. fraternitatis. §. eo. sed non puto ꝯuenire huic litere: maxime in fi. dum dicit ꝙ hec ꝯsuetudo erat iuri contraria. sed nullibi hoc cauetur expresse vt pductio instrumẽtorũ: maxime quo ad verba enũciatiua aperiat viam pductioni testium. Nona lec. est vt pcedat iste tex. quãdo pars non potuit ante publicationẽ attestationũ instrui super directa vel indirecta pbatione ꝯtraria: ideo non est sibi imputandũ: iuxta ea que leg. ⁊ no. in. c. ex tenore. §. eo. ⁊ fm hunc intellectũ tertio summaui. ⁊ sentit Io. and. hic in quadã apostil. super tex. ⁊ sic declara. Instãs contra matrimoniũ simpliciter pposuit consanguinitatẽ in casu pbibito nec in suis articulis distinxit gradus sed testes sui postmodũ producti distinxerũt gradus ponẽtes illos. I. et A. in primo gradu publicatis attestationibus pars aduersa voluit pbare illos non esse fratreз et sororẽ certe debuit admitti: quia non est quid sibi imputet quare primo non pbauit cum hoc ignoret. ad hoc qđ not. in glo. iiii. q. iii. si quis testibus. ⁊ Inno. in. d. c. ex tenore. Ponit decimã lec. que in veritate magis cõuenit litere quam alia precedentiũ videlз ꝙ hic non erat publicae tio attestationũ facta: sed erat hec cõsuetudo e qđ ex quo actor pbauerat cõsanguinitatẽ non deberet aduersa pars admitti ad pbandum ꝯtrarium: et satis erat iudici hoc esse notum ⁊ forte fuit inducta cõsuetudo ad euitandũ periculũ falsitatis et sic sola

adsint testes. et facit ad ꝯ qđ no. do. Ant. i. c. auditis. i ii. col. vñ. nota sex to. de testi. in inte. vbi dicit ꝙ illud ꝙ non põt pbari nisi per scripturã põt tñ coadiuuari ⁊ certificari per testes. et de hoc dicit ibi esse casũ q alibi non reperit. ¶ Adde ꝙ testes pduci possint vna cũ instrumẽto publicatis attestationib⁹. Roma. sing. suis. fo. ix.

Anto. Francis.

¶ Circa hoc õ publicatiõe testiũ: dicas ꝙ testiũ publicatio facit eoз datã ppetuo valere. ita Bal. i. l. publicati. i. v. q. C. de testa. non publicati autẽ nõ pbãt: fm Bar. i. l. solũ. C. de testi. an aũt postꝗ̃ est publicat⁹ pcessus ⁊ aperti testes possint alii testes pduci simul cum istrumẽto ⁊ an talis pductio iuuet pducẽtẽ. dicas ꝙ videt ꝙ talis pductio ex quo coadiuuat ad istrumẽtum si instrumẽtũ est de eadeз re sup qua deponit testis quia tũc videt cessare suspicio subornatiõis testiũ a rõne cessante. c. cũ cessante. de app. vł dẽda sunt ꝗ̃ plene in. c. fraternitatis et c. serie. §. eo. ti. ⁊ maxime p Imo. et alios post eum.

e ¶ Consuetudo. sed dicit glo. mag. in fi. in. c. p tuas. in fi. §. eo. ꝙ illa cõsuetudo est ꝯ ius cõe: ⁊ ꝙ valeat ista cõsuetudo: tз etiã Spe. i ti. de teste. §. satis vtiliter. in fi. col. ver. quid ergo si peto.

1 ℭ Testimonium.
An ꝑ dicta testiū
deponētiū de au-
ditu ꝓbet᷑ copula
et adde in hoc qḋ
scribit do. Anto.
plene in .c. tā lris.
j. eo. et in .c. ex lris
j. de ↄsue. ⁊ in .c. si.
de suc. ab intest. in
quib⁹ iurib⁹ plene
habet᷑ qñ valeat te
stimonium de au-
ditu.
b ℭ In .l. testiū. Et
idē dicit ibi Bal.
circa fi. ⁊ Jo. and.
in addi. Spe. i ti.
de teste. §. iā de in-
terrogatoriis . in
antepe. col. vñ. qd
si vn⁹. in addi. que
inci. idē in quouis
actu. ⁊ adde h bal.
in .l. neqꝫ natales. i
fi. in .j. col. C. de ꝓ-
ba. vbi dicit ꝙ ꝓ-
bat᷑ aliq̄ meretrix
nō ꝓbato tactu ſꝫ
probatis circūstā
tiis vt plurimū ve
risimilib⁹: vt quia
intrāt ⁊ exeūt scho-
lares de domo: de
die ⁊ de nocte: ⁊ di
cit ꝙ qñ scholaris
loquit᷑ cum puella
nō ꝓsumit᷑ dicere
pater nr̄. ⁊ ist᷑ dno
etiā ad literā dicit
Pe. de anc. i reg.
semel malus. l. vi.
charta. li. vi. ⁊ ad-
de h Bal. i. d. l. te-
stiū. C. eo. i ꝑn. vlt.
colū. vbi dicit ꝙ si
testes qui viderūt
iuuenē cū puella
iuuencula in lecto
deponāt eā eē cor-
ruptā magis eis
credit᷑ q̄ aliis dicē
tib⁹ eam virginē.
et de hac qōne ⁊ ꝑ
que signa dicat᷑ co
pula ꝓbari: vide
glo. fin. ſm Ange.
ibi in .l. j. ff. de va. ⁊
extraor. cog. glo. l
l. quod autē. ff. de
adult. ⁊ ideo dicit
gl. in .c. dixit dñs.
xxxij. q. j. ꝙ per su-
spicionē ꝓbat᷑ for
nicatio: et iō si ma
ritus fuit diu ab-
sens vel ꝑsens: sed
infirm⁹ ⁊ reperiat
vxorē habere filiū
anniculuꝫ ex h est
ꝓbata fornicatio.
vt dicit tex. in .l. fi-
liū. ff. de his q sunt
sui vel alie. iu. vñ
glo. i ver. discreto.
et in .c. inq̄sitioni.
de sen. exco. Et ad
de ꝙ testes q indu
cunt᷑ ad ꝓbandū
adulteriū nō pro- a

et sic sola ↄsuetudo erat causa prohibitiua: non
autem ius commune: vt clare colligit᷑ in ver. et ta-
men non esse de cōsuetudine: sed papa dicit eam
esse iuri ↄ̄riam: ideo non obstāte ea ⁊c. et profecto
erat iuri ↄ̄ria: quia ex quo non erat facta publi-
catio attestationū debebāt testes ↄtrarij recipi:
vt veritas magis dilucesceret. j. eo. in nostra. ⁊ .l. cir-
6 ca. ff. de ꝓba. ℭ †Ex his habes notabilem ⁊ nouū
intellectū vt nō valeat ↄsuetudo impediens pro-
ductionē testium fiendā per reum: lꝫ actor prius
ꝓbauerit intētionē suam: ex quo reus adhuc nō
didicit testificata alterius partis: ⁊ sic quarto loco
summaui: valet tamen ↄsuetudo per quam licet
ꝓducere testes etiam publicatis attestationib⁹:
sicut recitat hic do. Anto. tenere Jo. and. in ad-
di. Specu. in titu. de excep. §. dicto. versi. sed num-
quid publicatis: sed certe hic non dicit ibi Joan.
and. sed loquitur in alia q̄one nūquid reo liceat
publicatis attestationib⁹ nouā exceptionē pro-
ponere ⁊ ꝓbare: et sic non loquitur de eisdem ca
pitulis vel directe ↄ̄riis dictum tamen puto verū
in sequitur si partes possunt hoc cōmuni cōsensu.
in .c. fraternitatis. ſ. eo. multo forti⁹ hoc poterit
induci de consuetudine que est fortior. quod no.
7 ℭ †Ulti. extro glo. quero per quot testes repro-
bari possunt testes inducti pro aduersa parte:
Dic breuiter sic ↄcludendo: ꝙ aut volo reproba-
re ꝑsonas ipsorum testiū aut dicta vt primo ca-
su sufficiāt duo etiam ad reprobandū centum. se-
cundo casu requiruntur numero plures. ratio di
uersitatis est: quia in primo casu testes non depo
nunt super eodē: nec isti testes sunt soli ad repro-
bationē illorū testium: sed non est credendū cuili
bet illoꝝ dicēti se idoneū: quia etiā solus et in fa-
cto ꝓprio: sed isti duo sunt contestes et deponunt
in facto alieno: sed in secūdo casu deponunt sup
eodem: ideo si sunt ↄtrarij standū est plurib⁹ nu-
mero nisi alii preualerēt meritis: de quo tamē di-
cendū vt plene habet᷑ in .c. in nostra. j. eo. ⁊ in .l. iij.
ff. eo. et sic habes vnam differentiā an testes depo
nant contra ꝑsonas aliorum testium: an cōtra di
cta. Alia differentia: quia cōtra dicta non admit
tuntur testes publicatis attestationib⁹ nisi ſm
qḋ no. in .d. c. licet. de ꝓba. sed ↄtra ꝑsonas sic in-
telligēdo prout leg. et no. in .c. ꝑsentium. j. eo. titu.
1 ℭ Testes lꝫ vnus post alium viderint virum
super mulierem: probant adulterium.
2 Testes videntes virum et mulierem in latebris
inuicem se osculantes probant fornicationem.
3 Tota vicinie fama nō ꝓbat copulam carnalem.
4 Testimoniū de auditu proprio cum aliis admi-
niculis probat copulā carnalem.
5 Depositiōes de auditu cum fama et aliis admi-
nicula probant ad omnes effectus etiam ad sepa
rationem matrimonij.
6 Cecus et ille qui fuit retro cortinā si habet voces
contrahentium notas potest deponere de ↄtra.
7 Adminicula que sunt in casu istius capituli.
8 Unus testis cum aliis adminiculis est sufficiens
probati in factis antiquis.

Preterea. Carnalis copula probatur per cōue
niens testimoniū de visu. idem in te
stimonio audit⁹ ꝙ adminicula et fa-
ma coadiuuāt. Cōis diuisio. scḋa ibi: rñdemus.
ℭ Casus in fine. Aliquis accusat᷑ ꝙ ipse cogno-
uit aliquam mulierē. querit᷑ an testes qui ad hoc
probandū inducunt᷑ sint interrogādi de visu vel
etiam an sufficiat sola vicinie fama: vel vtrum sit
credendū testibus qui carnalis copule dicunt se
esse conscios: sed de visu nihil dicūt: rñdet papa
cōsultus ꝙ si testimoniū ↄueniēs reddat᷑ de visu
vel etiam de auditu ⁊ presumptionē violētā fama
cōsentiēs subministret ⁊ alia adminicula legiti-
ma adsint standū est testimonio iuratoꝝ quibus
omnib⁹ consideratis iudex ↄfirmabit motū ani-
mi sui ex argumentis ⁊ testimoniis que negotio
cōpererit aptiora ⁊ sic formabit sententiā. Ber.
ℭ No. ꝙ per solam famā non probatur carnalis
copula: nec etiam per testimoniū⁹ de auditu: nec

per sola adminicula: sed hec simul iuncta ꝓbant:
ex quo collige ꝙ diuerse species ꝓbationū simul
iungunt᷑ ad faciendū ꝓbationeꝫ perfectā. ad idē
l. in. ff. eo. ⁊ qḋ dixi in .c. cum causam. ſ. de proba.
vbi de hoc. ℭ No. si. ꝙ vbi datur testimonium de
visu non requirunt᷑ alia adminicula etiā ad pro-
bandū carnalē copulā. ⁊ pondera tex. dum dicit
conueniēs. non enim requirit᷑ ꝙ omnino perpe-
rint concubitū: sed satis est ꝙ perperunt illud qḋ
conuenicter in talib⁹ percipi potest: de quo. j. di-
cam. ℭ No. ibi: circūspectus iudex atqꝫ discret⁹
qualis debet esse iudex. Itē ꝙ commissa arbitrio
iudicis vident᷑ cōmissa tanq̄ arbitrio cirscunspe
cti ⁊ discreti viri: ideo si non facit tanq̄ circūspe-
ctus ⁊ discretus potest ab eo appellari. vt in .c. j.
de dila. ⁊ qḋ ibi dixi. facit qḋ no. Bar. in .l. si qua
pena. ff. de ver. sig. ℭ No. ibi: motū animi sui ⁊c.
ꝙ non potest dari certa doctrina circa probatio-
nem complendā: sed oportet ꝙ ita vageant ꝙ ani
mum iudicis inducāt ad credulitatē. de quo vi-
de per Bar. in .l. admonēdi. ff. de iureiur. facit .l.
iij. ff. eo. tit. Et no. ibi: rei aptiora ⁊c. ꝙ ille proba
tiones magis stringūt que sunt aptiores ⁊ veri-
similiores negotio de quo agit᷑ ad qḋ .iiij. q. iij. si
testes. ⁊ per Inn. in .c. auditis. de ꝑscrip. ⁊ ꝑ glo.
in .c. j. eo. tit. lib. vj. Nunc vt clarius habeas intel-
lectū huius. c. ⁊ glo. quero quot q̄stiones fuerint
hic formate: ⁊ qualiter ad illas rñdeatur: dic qḋ
1 questiones fuerūt tres. ℭ †Prima an in ꝓban-
da carnali copula sint testes interrogādi de visu.
Et ad istam. q. rñdetur ꝙ sic: ⁊ magis late rñde-
tur q̄ fuerit quesitū. dicit᷑ enim ꝙ ↄueniens testi-
moniū de visu sufficit: ⁊ sic non solū sunt interro
gandi: sed etiam sufficit tale testimoniū quia sa-
tis est ꝙ sit ↄueniens: vt in tex. ⁊ pro tanto dixit
papa ↄueniens: quia vt dicit Jo. and. sufficiens
testimonium in hoc reddi nō potest: lꝫ eñ testes
viderint virum supra mulierē non per hoc neces-
sario infert᷑ ꝙ illam cognouerit. forte eñ vir erat
frigidus vel maleficiat⁹ vel non potuit tunc coi-
re: lꝫ alś esset potens quia forte erat mulier arcta.
hec tamen dispositio sufficit: quia non potest iste
actus carnalis magis stricte ⁊ necessario perci-
6 patrimonij. vt in. d. c. fi. ¶ † Secundo opponitur quia hic fuit probatuz qd publica fama habebat hec omnia pertinere ad monasteriũ: ergo debuit sufficere cum factum esset antiquũ z cõcurrerent alia adminicula. vt in. c. cum causam. 3. de probationi. z. c. preterea. de testibus. Sol. Jo. and. non format directe hoc cõtrarium sed ipsum sentiendo dicit primo q ideo hic contẽnitur hec probatio fame: ita vt de ea nulla fiat mẽtio: quia etiam in antiquis factis sola fama nõ probat. Secũdo dicit posse dici sm Hostiẽ. qd ideo hic non curat de fama: quia alia inducta sic euidenter reprobãtur q prestãt adminiculum cõtra famam que potuit oriri ex falsis instrumẽtis de quibus sequit. alias sufficeisset fama cũ alijs adminiculis de quo remittit ad dictũ. c. preterea. Nota bene ex primo dicto Hostiẽ. qd fama nõ releuat quãdo alie probationes reprobant. Secundo perpetuo nota q fama cum alijs adminiculis probat dominiũ in antiquis factis. qd tamen ego simpliciter nõ admitto nisi saltem illa adminicula facerẽt semiplenam pbationẽ. de quo vide qd dixi lati in. c. veniens. el. j. 3. de testi. vbi tractaui effectũ fame. z p Bar. in. l. de minore. §. tormẽta. ff. de questi. z vide Inno. in. c. illud. de psump. in fi. z qd dixi in. c. cũ ad sedem. de resti. spol. Tertio ad istũ tex. respondet Jo. and. q hic pars nitebatur probare famã sed non probauit: vt colligitur ex text. ibi nitebatur. z per hoc euitat aliud contrarium quare testes non releuauerunt abbatem cum deposuerũt qd a. lx. annis z infra zc. nam testes non sic deposuerũt sed abbas nitebatur sic probare. Uel dic z quarto vt dixi in. c. licet ex quadam. 3. de testibꝰ. q in factis antiquis que sui natura non possunt probari nisi per famã tunc fama multum operatur. Secus in alijs que sui natura potuissent vere probari licet per negligẽtiam partis probatio propter antiquitatem sit facta difficilis vt in dominio probãdo. ¶ † Oppo. tertio contra vnum notabile et cõtra textum. Innuit enim a iste text. in vñ. instrumẽtum. q notarius b possit per aliũ

apparet. C. de fide instrumen. Item adde hic quod quando quis teneatur se subscribere in actu si nesciat vel non potest debet facere hoc per tabelli. ad hoc solum deputatum. tex. est in. l. fi. §. fin autem dubium. C. de iure deliberã. sed qd tunc sufficiat scribere per alium probare videtur tex. in. l. libellorum. ff. de accusa.

instrumẽtum scribere contra tex. in aut. de tabel. §. nos autem. vbi text. videt velle q notarius debet per se totum complere. Soluit hic Hostiẽ. q licet text. hoc innuere tacite videatur: non tamen est verum si hoc facit scribi per manum priuataz: sed nec etiaz per publicam nisi iudicis auctoritas interueniat. vt in dicta aut. z. j. eo. c. penul. z vlti. Jo. and. remittit ad Spec. de instru. edi. §. restat. versi. quid de hoc. et ibi Specu. nil approbat sed Jo. and. latius prosequitur post Nico. matha. in §. instrumẽtis. ver. item opponitur. vbi in effectu videtur velle q si tabelliones sunt per se sine statione: tunc ipsi qui fuerunt rogati debent per se instrumẽtum totum scribere z complere. vt in dicto. §. nos autẽ. nisi subsit cõsuetudo vt vnus notarius possit scribere instrumentum ex protocollo alterius que seruanda erit. argu. c. cũ dilectus. j. eo. z. l. i. C. que sit lon. consuetu. Si autẽ in statione est magister z discipulus z ambo audiũt tunc potest discipulus scribere z magister se subscribere. nec hoc impugnat. d. §. nos autẽ. Aduerte tamen quia glo. ibi intelligit quãdo etiam discipulus fuit rogatus. et credo q etiam fuit de mente Jo. and. in loco prealleg. vbi vide latius per eũ. Do. Anto. leuiter hic transit. dicit enim se putare q de iure toleraretur instrumentum si ambo essent rogati z quilibet se subscriberet et vnus scriberet z sic dicit seruari bononie. Sed de hoc non dubito nam impossibile est qd scribãt ambo. videtur tamen do. Anto. sentire q regulariter notarius qui non est magister non possit per aliũ scribere. Idem sentit glos. in. l. generali. C. de tabu. lib. x. et in. c. cũ. p. j. eo. d. Cardi. j. co. dicit se 2suluisse notarium posse per alium etiã priuataz scribere instrumẽtum dũmodo ipse qui fuit rogatus se subscribat. ad hoc. tx. qd. ii. cum redẽptor. z hoc. c. inducendo. vt. 3. z in aut. de tabel. §. antepe. et pe. z in aut. de instru. cau. §. in his vero. mouetur hac ratione: quia industria tabellionis non eligitur in scribendo: sed vt det fidem gestis quam satis prestat in se subscribẽdo. z hoc mihi satis placet z in multis locis de consuetudine obseruatur. Nec obstat. §. nos autem. quia dico cõsiderata ipsius mente potius facit cõtra. nam emanauit ibi illa prouisio quia ille qui rogabat non audiebat verba contrahentiũ sed alij cõmittebat z ipse postea se subscribebat: secus ergo si ipse rogatus fuit presens z postea scribat per alium maxime eo dictãte z in fine se subscribat: vt in regula: qui p alium. de regu. iur. lib. vj. z in. c. mulieres. de sentẽ. excõ. vbi mãdans dicitur vere facere quo ad iuris effectum. Item de hoc videtur text. hic a contrario

8 non cauillando literam. ¶ † Quarto oppo. per rationem litere cõtra text. nam dicit litera quod meum est ex vna causa zc. sed ista non erant monasterij: quia priuilegiũ luitardi erat falsum ergo donatio imperatoris debuit valere. arg. de restitu. in integ. cõstitutus. Sol. dicit Inno. z Hostien. post eum qd ideo non valuit factum imperatoris: quia nõ intẽdebat illa dona de nouo donare monasterio cum cederet propter donationem precedentem luitardi quam credebat tenere illa bona esse monasterij. reperta eñ falsitate primi priuilegij corruit ipso facto confirmatio. nam in donatione intẽtio est necessaria. insti. de dona. §. z in summa. z. C. de dona. l. nec ignorans. Item sicut non tenet sentẽtia lata ex falso instrumento: ita z priuilegiũ ex falsa causa vel falso instrumento cõcessum non tenet. C. si ex fal. instru. l. i. z. ii. qd bene notabis. Si autem in primo originali priuilegio non apparuisset falsitas vel illi non inniteretur princeps sed diceret talia z talia tibi concedimus z confirmamus: tunc non quereretur sm Innoc. que sunt concessa et que confirmata: quia in quibus

¶ Adde an notarius possit p aliũ scribere Alexand. consi. cxxvi. j. lib. Antoniꝰ Francus. ¶ Circa h an notarius possit per aliuz scribi facere instrumentũ z illi se subscribere qñ forsan est impeditus ipsemet scribere: dicas quod si scribens scribit de mandato notarij rogati de instrumẽto de quo mandato notariꝰ subscribens dz in subscriptiõe fidem facere valet talis subscriptio perinde ac si ipse notariꝰ principaliter scripsisset: qz subscribens se scripture alterius manu scripte de suo mandato consetur totã scripturam scripsisse. l. ita stipulatus. in §. chrysogonus. z ibi p Bart. in pe. colũ. z p Ange. et Alexã. ibi de v. obli. et hr p Bal. in. l. hac 2sultissima z. in. l. cũ antiquitas. i vlti. colũ. C. q testa. fa. pos. z hr per Bal. i aut. cõtra qui propriã. C. de nõ nu. pecu. z p Alexã. in cõsi. cxvij. in. ij. parte consil. et adde q subscriptio notarij in archiui publici copie instri dãdi alicui sufficit lz testes trãsumptioni interfuerit. ita Bart. in rubri. C. de fi. instrumen. in. ij. colum. et de subscriptione notarij facienda instrumento vel finis qualr fiat z quid operet: vide per Spec. in tit. de instru. edit. in. §. i instrumẽtis. in v. itẽ qd nõ ẽ a tabellione. z in ti. de sentẽ. pla. in. §. vt autez. in ver. notarius.

a ¶ Priuilegiũ ɔfirmationis impetratũ a papa vel a principe si sit sur-
reptitiũ: puta qꝛ sit ɔfirmatoriũ alicuius instrũ qđ erat falsum vel alicu-
ius ɔtractus simulati ⁊ de his nõ sit facta notitia pape vel principi cõ-
firmãti talis ɔfirmatio nihil penitus operatur etiã qđ est fortius si in cõ-
firmatiõe apponantur illa vba ɔfirmamus actũ si de se est validus alias
de nouo concedi-
mus nihil opera-
tur etiã si adesset
qđ est forti⁹ clau-
sula supplẽtes de
plenitudine pote-
statis oẽs defect⁹
tã iuris q̃ facti si
q sunt adhuc stan-
tibus oibus istis
clausulis cõfirma-
tio nil valet ⁊ ni-
hil operatur ꝓpter
vitium surreptio-
nis vt hic latius p
istum quod no. qꝛ
frequẽtissimũ est.
ad ꝑdicta etiã fa-
cit illud quod no.
Bart. in. l. j. ꝑ glo.
j. ff. de his qui sunt
sui vel alie. iuris.
vbi etiam alij do-
ctores q si papa
confirmat priuile-
gia alicui ecclesie:
vel princeps cõfir-
mat statuta alicu-
ius ciuitatis intel-
ligitur solum con-
firmare que iusta
sunt ⁊ non alia.
idem dicit Bald.
in. c. in presentia.
in. v. colum. de ꝓ-
batio. ⁊ in. l. cum
oportet. i ꝑn. post
Cy. ibi. C. de bo-
nis que libe. ⁊ in
l. j. in. j. colũ. ff. de
constitu. princi. ⁊
in. c. j. vbi omnino
videas aliq̃ pul-
chra ad ꝓpositũ
in titul. per quos
fiat inuesti. ⁊ in. l.
j. C. de mono. ⁊ in
l. iij. C. de preci. im-
pera. offe. Ludo.
ro. in cõsil. ccxviij.
incip. viso instru-
mẽto: ⁊ ti. qõnis.
in antepenulti. colum. Sicut videmus in confirmatione feudorũ quã
princeps facit: quia solum vera ⁊ legitima feuda dicitur cõfirmasse ⁊ non
alia. tex. est de hoc valde no. in. c. j. ⁊ ibi Bal. no. in tit. p quos fi. inuesti.
⁊ in alijs locis ꝑalle. ⁊ sic vides q papa vel princeps cõfirmando priui-
legia nõ semp intelligitur de nouo dare etiã si sint inualida. Accedat etiã
illud qđ pulchre voluit Bal. in. l. oẽs. in. viij. colũ. ff. de iusti. ⁊ iure. vbi
elegãter dixit q si papa vellet posset expsse cõfirmare statuta ɔdita con-
tra libertatẽ ecclesie: tamẽ in generali cõfirmatione statutoꝝ nõ intelli-
gitur ɔfirmasse statuta ɔ libertatem ecclesie. de quo dicto ⁊ eius verita-
te ibi vide latius per Bal. ⁊ do. meum do. Jas. de may. Ad ꝑdicta etiã
faciũt not. per Alexã. Jmo. ⁊ latius per do. Jas. in. l. more. in. x. colũ. ⁊
sequen. ff. de iurisdi. omniũ iudicum.
¶ Ad de qd operetur clausula supplẽtes omnẽ defectũ. Alex. cõsil. lxviij.
j. lib. ⁊ de cõfirmatione pape quo ad statuta: eũdem ɔsi. lxix. j. lib. ⁊ vide
quo ad qõnes abbatis: Areti. ɔsi. viij. ⁊ ɔsi. xv. ⁊. lxij.

b ¶ Sebasti. Sapia. ¶ Defectus. Vide Feli. in. c. postulasti. col. xv. de
rescrip. vbi allegat concor.

c ¶ Sebastia. sapia. ¶ Presupposita. Vide Cardi. in ɔsi. cxix. incip.
monasteriũ sancti iuliani. col. vj. Gemi. in. c. j. in prin. col. iiij. de senten.
excõi. in. vj. Ange. in. l. si donatio. C. de donatio. Feli. in. c. ij. colũ. xviij.
versi. leges inserte. s. de rescriptis.

d ¶ Sebastia. sapia. ¶ De necessitate. Qđ ꝑdicta clausula nisi operetur
cõcludunt docto. cõiter in. d. l. edita. Sed Jas. ibi. col. fi. limitat tripli-
citer primã tamen limitationẽ reprobat. vltimã reprobat Decius in. c.
licet causam. col. xvij. versi. septimo limita. de probatio.

e ¶ Et cũ Bar. tenẽt ibidẽ alij ꝑsertim Salice. in. ij. col. Bar. in. l. nõ so-
lum. §. morte. in. x. col. ff. de ope. no. nun. ⁊ in. l. cum procurator. §. si dñs.
ad fi. j. col. eo. ti. ⁊ in. l. nesennius. in. j. no. per illũ tex. ff. de nego. gest. cum
alijs cõcordan. ibi
signanter per do.
Alexan. Jmo. be-
ne facit quod deci-
dit Baldus in. l.
tres denunciatio-
nes. ad fin. in vlti.
q. C. quõ et qñ iu.
ɔfirmat istã deci.
vltra alios domi.
Jas. de may. in. l.
edita. in antepe.
col. C. de eden. per
illud qđ singu. et
forti⁹ decidit bal.
in auth. hodie. ad
fi. C. de iura. calũ.
vbi decidit Bal.
post lit. contest. qñ
nõ est licita emen-
datio vel mutatio
libelli non posset
fieri etiam de con-
sensu vtriusq3 par-
tis: ꝗtominus pro-
pter solã contesta-
tionẽ vnius. et de
ista clausula sal-
uo iure addendi
vel minuẽdi vide
omnino Bal. in. d. l.
edita. in repe. pa-
duana. in. ij. colũ.
pe. charte nia. in
versicu. item dubi-
tatur an clausula
saluo iure ⁊ c. vbi
inter cetera limi-
tat singulariter de-
cisionem Bart. ⁊
eũdem ꝓcedere qñ
clausula fuit con-
cepta sub verbis
quib⁹ vtitur Bart.
vbi. s. et Abb. pa-
nor. hic: videl3 sal-
uo iure addendi
vel minuendi: qꝛ
tũc etiam si aduer-
sarius consentiret
illa clausula ad-
huc nihil operaretur:
ratio qꝛ ꝓtestãs ad ius se retulit dũ dicit saluo iure. secus si ita diceret:
saluo mihi arbitrio addendi vel minuendi. tunc ista clausula operare-
tur q posset emendare vel mutare post lit. contest. alleg. tex. in. l. in. ra-
tione sui ibi: ad ius se retulit. C. de here. institu. qđ reputat valde not.
sed do. meus do. Jas. dũ legeret. d. l. edita. dixit hanc limitationẽ Bal.
nullo modo sibi placere eo qꝛ arbitriũ nõ importat neq3 respicit merã
voluntatem sed iuris dispositionẽ ꝓut declarãt Bar. et doc. in. l. si sic. ff.
de lega. j. ergo illa vba saluo arbitrio regulantur sm dispositionẽ iuris
ergo non est differentia dicere saluo iure vel saluo mihi arbitrio. Jmo
plus tenuit ibi qđ etiã si clausula ista ꝓtestationis cõciperetur per verba
importãtia liberã et absolutã voluntatem adhuc ipsa nil operaretur: nec
eius vigore posset aliqua emendatio vel mutacio fieri post terminũ iu-
ris. hoc probat primo per rationem Bar. vbi. s. quã refert ibi Abbas
Panormi. quia quando aliquid non pendet a voluntate partium sed
stat in dispositione iuris certe protestatio partium quomodocũq3 con-
cipiatur nihil potest operari. secundo quia si de consensu vtriusq3 par-
tis non potest ista mutatio vel emendatio fieri. vt. s. proximo dixi in
ver. confirmat. ꝗtominus poterit fieri per solam protestationem vnius
partis tantum. Et si diceretur quod postq̃ iam lis est cõtestata: et iam
per lapsum termini ꝑclusa est via tũc cõsensus vtriusq3 partis nihil ope-
raretur. Sed nos loquimur qñ ꝓtestatio fit tẽpore cõgruo: quo casu post
lit. cõtest. et sic post terminum iuris debet esse licita emendatio vel mu-
tatio quasi trahatur retro ad tẽpus facte ꝓtestationis. et respondet q

in quibus non valet confirmatio per consequẽs
non valet concessio. hec enim tunc videtur princi-
pis intentio quasi diceret in omnem euentum vo-
lumus vt monasterium hoc habeat siue vt dona-
ta siue vt confirmata. ⁊ hoc verum sm eum nisi
a per surreptionem ᵃ priuilegium sit obtentum vt
hic ⁊. j. c. j. ⁊ hec verba bene notabis quia faciunt
ad multa. dic etiam quod in priori casu cessaret
interꝑtatio pape si sub ɔditione donasset: puta si
dixisset donationẽ talem cõfirmamus si tenuit:
⁊ si non tenuit de nouo damus: vt voluit hic Jo.
an. ⁊ bene. Jtẽ dico dispositionẽ hui⁹. c. ꝓcedere
circa predicta etiam si princeps confirmasset ap-
posita illa clausula supplentes de potestatis ple-
nitudine si quis defectus interuenit ⁊ c. ratio quia
b per illã clausulam solum suppletur defectus ᵇ com-
missus circa iuris solẽnitatem. secus si alius sub-
erat defectus: puta quia illegitimus vel falsa-
rius literarum vel quid simile. ita notanter dicit
Specu. in titu. de lega. §. nunc ostendendum. ver.
xviij. Sentit Hostien. in. c. j. de transactio. ⁊ idem
vbi esset defect⁹ potestatis vt in clemen. pastora-
lis. §. ceterum. de re iudic. fortius ergo vbi esset
defectus consensus: vt quia priuilegium fuit fal-
so fabricatum vt hic. princeps enim non inten-
dit talia confirmare: quia nec proprie in talibus
cadit confirmatio cum nullum subsit fundamen-
tum. facit quod no. Jnnocen. in. c. quod sicut. de
elec. idem dico eadem ratione vbi confirmasset ex
certa sciẽtia. nõ enim videtur velle supplere hos de-
fectus naturales. argu. in. l. nec ignorans. ꝑalleg.
9 ¶ † Et hec possunt adduci ad questionem quo-
c tidianam an presupposita ᶜ cõfirmationis validi-
tate sufficiat ad probationẽ prius concessorũ pro-
ducere ipsam ɔfirmationem an sit opus probare
aliter ipsa prius donata ⁊ concessa ⁊ postea cõfir-
mata. Sol. ex dictis Jnno. que ponit hic obscu-
re Jo. and. vt iacent colligi potest. ⁊ credo quod
Jnnocẽ. posuerit hec in addi. quia cõmuniter in
originali Jnnocẽ. hec nõ reperiuntur. dicit enim q
priuilegia cõfirmatoria sunt his meliora que con-
ceduntur ad instar: quia in ɔfirmatorijs dicitur de
re aliqua q sit donata vel vendita ⁊ pro tali ha-
betur: nec intelligitur per predicta vba donatio cõ-
firmata licet in priuilegio dicatur in principio con-
firmamus omnia habita ⁊ habenda nisi ea que
dantur vel statuuntur principaliter innitãtur confir-
mationi: ita qđ cõfirmatio est principalis causa
quare sit donatum vel statutum. ⁊ nõ ponitur con-
firmatio narratiue tãtum. ⁊ dicit repetenda que
not. in summa. C. de sal. cau. adie. l. j. Secus dicit
quãdo in priuilegio continetur: concedimus hoc
priuilegium ad instar: quia tunc omnia que con-
tinentur et sequuntur concessa intelliguntur ad
instar. vnde si sequatur in eodem priuilegio: et do-
namus vobis talem ecclesiam. intelligendum est
ad instar. et idem si dicat decernimus vel statui-
mus. ⁊ idem si dicat: adncim⁹ q habeatis ius in
tali ecclesia. vel si dicat: eam eximimus quia semp
intelligitur ad instar. et intendit per hec verba
Jnnocen. sm Joannem andream quod necesse
sit hoc vltimo casu probari istud ad quod fit rela-
tio. facit. j. de presumptio. auditis. hoc patet etiã
ex eo quod ipse Jnnocen. subdit dicens quod qñ
in priuilegio dicitur: eximimus omnes ecclesias
vestras que per nos sumpserunt regulam Augu-
stini in quibus has duximus exprimẽdas. hec ver-
ba ponuntur narratiue. argu. in. q. vi. hec quippe. et
ideo nulla ecclesia expsse probatur excepta nisi p eos
probetur qđ sumpserit regulã Augusti. hec sunt
vba Jnno. que ad literam refert hic Jo. an. que vt
vides satis sunt obscura in primo mẽbro. Et cre-
do qđ mens Jnno. fuerit distinguere inter priuile-
gia cõfirmatoria et illa que ɔceduntur ad instar. vt
primo casu si cõfirmatio fit ex certa scientia: pu-
ta qꝛ narrat seriose priorem concessionem et eam
postea cõfirmat: tunc non sit necesse exhibere pri-
mam concessionez 3 sufficit sola ɔfirmatio. secus
vbi ita nõ narretur prima cõcessio: vt si simpliciter
et generaliter diceret: cõfirmamus omnia habita
⁊ habẽda: ⁊ postea narratiue aliqua de donatiõe
exprimeret. et hoc apertius voluit Specu. in ti. de
instru. edi. §. nũc autem. in. j. col. sed in scdo mem-
bro. vbi dicit qđ ad instar talis predecessoris no-
stri cõcedimus ⁊ c. tũc enĩ semp oportet qđ docatur
de prima cõcessione. Et idẽ vbicũq3 cõcedẽs refert
se ad aliud: qꝛ tũc debet ꝓbari illud ad qđ fit rela-
tio: et hec notabis in practica. nã quotidie impe-
trantur talia priuilegia cõfirmatoria vel ad instar:
et originalia sunt ꝑdita. ¶ Venio nũc ad gl. ⁊ pri-
me quatuor sunt faciles ⁊ expedite p supradicta.
10 ¶ † Glo. v. querit an hec clausula saluo iure ad-
dendi ⁊ minuẽdi. sit necessario apponẽda in libel-
lo. respõdet sm quosdã q sic. argu. huius lre. Sed
glo. cõcludit cõtrariũ dicẽs q ad cautelam poni
d potest sed nõ de necessitate: ᵈ quia apponatur vel
nõ: libellus mutari potest vsq3 ad lit. cõtest. et non
postea. vt. l. edita. C. de edẽ. ¶ Not. bene glo. ⁊ idẽ
tenẽt hic cõiter doc. ⁊ Specu. in titu. de libel. con-
e cep. §. nũc videndum. circa fi. Sequitur Barto. ᵉ

hoc nihil valet p-
pter duo. Primo
per regulam. l. qd
spōse. C. de dona.
añ nupt. quam ibi
no. Bar. nūq̄ fal-
lere. scd̄o p aliam
regulam q̄ sumit
ex aureo text. l. in
bonor. ff. rē ratā
ha. glo. in regula
ratihabitionem.
in. vi. in p̄n. decla-
rat pfundū Bar.
in diuina repe. l.
si is qui p empto.
ff. de vsuca. dicit
etiā Bal. l. d. l. edi
ta. in. d. repeti. pa-
duana. in. iij. col. ⁊
in. d. l. nescenni⁹. in
iij. col. ff. de nego.
gest. ꝙ q̄tus ista
clausula saluo iu-
re addendi ⁊c. ni-
hil opet̄ q̄tum ad
facultatē emēdan
di libellū ⁊c. opa-
tur saltē istum effe
ctū sm̄ eum qd ille
q sic protestat̄ non
videt̄ cōuere age-
re sed diuisim. et
ideo nō vr̄ ad ali-
qd se astringere.
a ❡ Idē dicit In-
noc. in. c. certifica
ri. de sepul. in sim-
pliciter agente vt
videat̄ intentasse
oē ius suū vel sibi
competens siue sit
ius cōe siue muni-
cipale siue consue
tudinarium. ⁊ in-
telligitur illud de
duxisse qd sibi pl⁹
cōferret ad victo-
riā obtinēdam. et
refert et reputat
no. Bald. in. l. ge-
neraliter. in. ij. co-
lū. ad fi. C. de epi-
sco. et cleri.
❡ Adde Alexan.
consi. xxxi. i. lib.
Sebastia. Sapia.
b ❡ Falsum. vide la
te per do. Andre.
sicu. in repe. rub.
de fi. instru. colū.
xix. Bald. in. l. im-
perator. i. colū. in.
ff. de statu homi.
b ❡ An vitietur in-
strumentū si repe-
tur falsitas in idi-
ctione. vide. d. An
to. in. c. venerabi-
lis. circa fi. de reli.
do. et p Bar. in. l.
librari⁹. in. ij. col.
ver. qn̄q̄ est erra-
tū. de reg. iur. et p
do. Ra. in. l. noia-
tim. ff. de cōditio.
et demon. et dicit
ibi Bar. ꝙ nō vi-
tiat̄ instrm̄ si no-
tari⁹ omisit indi-

in. l. edita. falleg. in penulti. colū. vbi dicit ꝙ hec
clausula nihil operatur. et probatur ratione: mu-
tare libellū non dependet a voluntate libellātis sȝ
a legis dispositione. vt. d. l. edita. et in aut. qui se-
mel. C. quomodo et quādo iudex. ergo protestatio
partis nil operatur. vt no. in simili in. l. alimenta.
C. de nego. gest. et in. c. cū. M. de ↄstitu. An ⁊ quā
do libellus possit mutari addēdo vel minuēdo vi
de plene per Bar. in. d. l. edita. ⁊ dixi aliquid in. c.
ij. de libel. obla. ❡ Quero ꝙ ius deduxit abbas in
hoc iudicio. Glo. vj. dicit ꝙ omne ius competens
a monasterio qd dicit patere per verbū pertinere
positū in tex. et no. in hoc glo. ⁊ idē Inno. in. c. cū
ecclesia sutrina. de cau. pos. ⁊ proprieta. Et ex hoc
⁊ ex tex. no. ꝙ in rei vēdicatione potest actor cōclu
dere rē restitui put petebat iste Abbas vt patet
in principio non tamē intelligit̄ de nuda posses-
sione sicut quādo agitur possessorio: nec mireris
qꝛ rei vendicatio possessionem aduocat. C. de ali-
u. mu. cau. fa. l. vna. ⁊ tenēt hic Goffre. ⁊ Io. and.
et vide qd no. in. c. ij. de dolo et cōtumia. ⁊ per glo.
11 institu. de actio. in princi. ❡ †Quero dicitur hic
in tex. ꝙ priuilegiū Henrici ↄferebat vel etiam cō
firmabat. videtur enim hoc impossibile. argu. in
c. ij. de institu. Soluit glo. in verbo vel cōferebat ꝙ
Henricus ↄferebat tanq̄ dn̄s p̄dicti comitis: qꝛ
ille comes non potuit alienare feudum etiam in
ecclesiam sine licentia dn̄i. no. hoc dictū. sed dic de
hoc plenius et melius. vt no. in. c. ij. de rebus eccle.
non alie. ⁊ in. c. que in ecclesiarum. de ↄsti. Secun-
do soluit vt dicitur in tex. ꝙ ad alia referebat̄ con
firmatio et ad alia cōcessio. An aliter dicune que
referre non curo: quia tex. met hoc declarat. et su-
pra aliqua tetigi circa virtutem huius confirma-
tionis. Nam dicebāt primo ꝙ ↄfirmatio respicit
hoc casu vtile dn̄ium: qd habebat vasallus in quo
trāsferendo licentia dn̄i erat necessaria. Collatio
vero respiciebat maius et directum dominiū qd
habebat dn̄s: qd tamen nō placet Innocen. qꝛ nō
est credendum ꝙ dn̄s per hec verba voluerit a se
directum dominiū abdicare. nec etiam potuisset
si voluisset sm̄ Hosti. argu. in. l. legatus. ff. de offi.
preti. hoc vltimū est falsum quia sm̄ hoc non fuis-
set valida Constātini donatio facta in ecclesiam.
Cuius contrarium cōiter tenet̄ ⁊ probat̄ in. c. fun
damenta. de elec. lib. vj. cum fi. Item dic ꝙ primū
est ↄtra hūc tex. qui interpretat̄ donationē referē-
dam ad alia bona que cum non fuerunt expressa
12 per nos exprimi non possunt. ❡ †Glo. in v̄. con
sumptum querit in quibus locis cōsumptio vel
abrasio inducat suspicionē. responde vt in ea quā
no. Idem dicūt Io. et An. in testium coactione
vel in iuris narratione. Itē sm̄ Inno. et Io. and.
in noībus iudicum vel partium vel rerum super
quibus est litigium vel in data vel in narratione
seu cōclusione iuris vel correctione attestationū ⁊
in multis aliis que iudex discretus poterit intue-
ri. ⁊ vide de hoc qd notatum fuit. s̄. eo. ex literis.
dicit tamē Inno. iudicem debere attendere si con
tra istas suspiciones appareāt alie in cōtrarium.
vt in. c. penul. et vlti. de cri. fal. dicit etiam ꝙ plus
reddit rescriptū suspectum rasura q̄ cōsumptio
per. c. ij. j. eo. et de cōfirma. vti. vel inuti. in. c. cū di-
13 lecta. qd not. ❡ †Glo. ver. indictionis. facit qua
tuor. primo querit an indictio semp debeat inse-
ri in instrumēto et dicit ꝙ sic et addit quedā alia
inserēda. Tu de hoc dic vt ple. dixi in. c. j. s̄. eo. tit.
❡ Secūdo querit an instrumētum debeat edi cū
die et cōsule. dic vt plene dixi in. c. j. de probationi.
❡ Tertio querit quid sit conditio. ⁊ respōdet qd
est quidā numerus annorum constans ex tribus
lustris ⁊c. vt in glo. et dic ꝙ quinq̄ anni faciunt
vnum lustrum. ff. loca. l. itē querit̄. §. qui impleto.
et dicitur indictio ab indicendo quia in singulis
xv. annis indicebantur tributa a romanis. nā in
primis quinq̄ annis indictiōis dabat̄ romanis
tributū in ferro pro armis. in secūdis in argento
pro stipendiariis. in tertiis in auro seruando pro
republi. et de hoc. C. de iusti. co. confir. l. vna. in fi.
et per glo. in aut. vt prepo. no. impera. in v̄bo in-

dictiones. simile no. de triplici corona imperato
ris: quarum vna est ferrea: alia argentea: alia au-
rea. in clemē. romani. de iureiuran. ❡ Quarto ⁊
vlti. querit glo. quomodo potest perpēdi falsitas
instrumēti ex falsa indictione. ⁊ ↄsequēter queri-
tur quō dignoscit̄ quota indictio currebat anno
confecti instrumēti. Respōdet in effectu ꝙ debet
prius videri quotus annus dn̄i currebat tunc et
diuidantur anni dn̄i per. xv. ⁊ quicquid supest a
xv. ita ꝙ nō cōpleat. xv. additis tribus annis ta-
lis debet esse indictio in instrumēto. ⁊ si nō est ta-
lis falsum est instrumentū sm̄ glos. ❡ No. plura
ex hac particula glo. primo regulam ad indictio
nem inueniendā vt diuisis annis dn̄i per quinde
cim addantur tres anni residuo. ⁊ dic ꝙ illi tres
anni adduntur quia anno natiuitatis dn̄i tertia
erat indictio. ❡ Secūdo not. ꝙ si indictio est fal-
sa puta quia non ↄcor. modo p̄dicto cum annis
b dn̄i reddit̄ instrumētum falsum. b hoc non est in-
distincte verū. sed dic vt no. Io. and. sup data. vj.
lib. in nouella. ⁊ per Bal. in. l. si librarius. ff. de re
gu. iur. ⁊ per Specu. in ti. de instru. edi. §. j. iuxta
prin. ⁊. §. instrumentū. vsi. item qd non est. ⁊ Ar-
chidia. xxiij. q. v. de liguribus. ❡ Item no. tertio
c ex glo. ꝙ anni dn̄i cōputātur c a natiuitate. qui-
dam tamē computāt ab incarnatione. vt in. c. in
noie dn̄i. xxiij. dist. prima tamen cōputatio videt̄
rectior: de quo vide per do. de Ro. sua decisi. xliij.
An autem dies ⁊ consul ⁊ similia debeāt poni in
instrumento priuato plene dixi in. c. ij. s̄. eo. per q̄
decido q̄ hic notauit Hosti. de procuratore cōsti-
tuto per lr̄as ↄfectas sine die ibi dixi. ❡ No. glo.
in ver. magis. que innuit chronicā in iudicio pro
bare. ⁊ vide gl. in. c. venerabilē. de elec. in v̄. trāsta
14 lit. ⁊ Bar. in. l. j. ff. si cer. petat. ❡ †Glo. in v̄. men
tio. colligit ꝙ in priuilegiis fienda est mētio sen-
tentie sicut ⁊ cōpositionis ⁊c. Ego hoc credo ve-
rum quādo priuilegium esset ↄtra sentētiam vel
compositionē: quia princeps in dubio non intel
ligitur seu presumit̄ velle venire ↄtra sententiam
vel compositionē de eis mentione non habita. vt
in. c. ex multiplici. de decimis. ⁊ in. c. cum olim. de
prescript. Si autem priuilegiū esset sm̄ sniam nō
video ad quid sit necesse facere mentionē de sentē
tia cum quis possit multiplicare titulos. vt. in. c.
post electionem. de ↄces. preben. ⁊. j. in glo. in v̄bo
15 qd meum. in fi. ❡ †Oppo. ↄtra tex. in v̄. nec atte-
stationes. ⁊ videt̄ ꝙ iste attestationes debuissent
valere inter alias psonas. vt in. c. cum causam. et
c. cōstitutus. s̄. de testi. respondet glo. in v̄bo no-
cumentū: ꝙ partes non compellunt̄ tales attesta
tiones recipere vt hic: sed bene possent cōi cōsen-
su approbare. de quo vide qd dixi in. d. c. cū cām.
❡ Sed contra hoc ⁊ contra tex. oppo. videt̄ enim
ꝙ ex necessitate iste attestationes ⁊ sententia de-
buissent preiudicare archiepiscopo cum ipse tu-
lerit sententiam pro monasterio. ⁊ sic in fauorem
monasterij. ad hoc. j. de re iudica. q̄tus. ⁊. l. sepe.
ff. de re iudi. ff. de pig. l. fideiussor. Sol. multiplex.
primo sm̄ Innoc. iste archiepiscopus iudicauit
ex necessitate officij non autē volūtate. Officium
autem necessariū non debet esse alicui dānosum.
de elec. cū non deceat. lib. vj. Iura autem ↄtraria
loquunt̄ quādo quis potest aliū remouere a iudi
cio ⁊ non remouit. de quo in. d. c. q̄tus. vel quan-
do subscripsit se vt testis in re sua que alteri obli
gabat̄: vt in dicta. l. fideiussor. idem quando exer-
ceret aliud officiū voluntarium: vt quia esset ad-
uocatus vel testis. l. antepenul. ff. de inoffi. testa-
men. in. c. ex literis. cū ibi no. de transac. Sed offi-
cium iudicādi est necessariū. ff. de mune. ⁊ hono.
l. munerū. §. iudicandi. ❡ No. bene hanc solutio
nem que cōiter approbatur a doctoribus ⁊ rela-
ta ad tex. pbat hoc dictū pcedere etiam in iudi-
ce delegato qualis erat iste archiepūs. Sȝ ego du-
bito an sit vera maxime relata ad tex. quia causa
fuit hic commissa per imperatorem qui nō habe
bat iurisditionem in archiepūm. ⁊ per cōsequens
non necessitabat eū. ⁊ sic non poterat dici officiū
necessariū sȝ poterat se excusare ⁊ fuisset iusta cā
non acceptādi

ctionem p errorē.
de q̄ etiā p Bal. l.
imperator. ff. de sta.
homi. ⁊ adde hic
q. que fuit senis in
facto pducebatur
instrm̄ cōfectū pa-
risius ꝙ non habe
bat idictionem ad
uersari⁹ opposuit:
allegabatur ꝙ con
suetudo parisius
dictabat quod nō
apponeretur indi
ctio que consuetu-
do vȝ vt optime p
bat̄ in. c. cum dile-
ctus. j. eod. deficie-
bat aduersari⁹ pro
bare cōsuetudinē:
quia difficile erat
ire parisius pro te
stibus reptum fuit
dictū sing. Bal. in
l. j. in fi. C. ad velle.
vbi dicit ꝙ si pars
volēs probare con
suetudinem pdu-
cit in iudicio sex vl'
octo istrumēta pa-
risi⁹ cōfecta in qb⁹
nulla ē indictio ꝙ
satis erat pbata
consuetudo qd est
dictum ius.
❡ Adde an omis
sio indictionis vi
tiet istrm̄ Ro. ↄs.
cccxxv. ⁊ an pbe-
tur cōsuetudo ex
eo ꝙ octo instrā
cōfecta sunt absq̄
indictiōe vide qd
voluit idē Abb.
cōsi. liij.
Antoni⁹ Francis.
❡ Circa materiā
indictionis. s. q uō
dicat̄ et qualiter
connumeret̄ ⁊ qn̄
ann⁹ idictiōis in-
cipiat ⁊ quō ap-
ponatur i instris
⁊ quare sit in ucta
vide plene p spec.
i ti. de instru. edi.
in. §. j. in vsi. post
annos. ⁊ in versi.
breuiter. ⁊ sc. ⁊ vi-
de glo. j. cōsti. C. et
aliā glo. in rubri.
de indic. C. lib. x.
c ❡ Qualr̄ compu
tādi sunt āni dn̄i
vide glos. ordi. l. fi.
in aut. vt hpo. no.
ipe. q̄ dic qd a na-
tiuitate. sȝ Imo.
in. l. de diuisione.
ff. solu. ma. distin-
guit vt ibi p eū. ⁊
vide Domi. post
Arch. in. c. j. de re.
domi. vbi dicit ꝙ
anni dn̄i cōputan
tur ab incarnatio
ne. ⁊ ita etiā tenet
Do. in. d. c. in no-
mine dn̄i. in. xx. no
ta. xxij. distinc.

a ¶ Et vide tex. in. c. venerabilis. de relig. do. z tex. in. l. solennibus. C. de rei ven. z in. l. ad pbationē. C. loca. glo. in v. quodā iure. in. d. c. cū bar. z glo. in. l. qui vniuersas. §. qd p colonū. ff. de acq. pos. z vide Bart. in. l. j. §. Huius. ff. eo. Itē vide do. de Ro. in anti. deci. cīj. altas. ccīj. itē vtrū p pceptionē pensionis pbet possessio vide per. d. Anto. in. c. cū venissent. in. iiij. col. de restitu. spo.

b ¶ No. ad intellectum. l. si quis conductionis. C. loca. z adde quod cius dispositio hz locū in contractu cōmodati z in aliis contractibus. vt dicit Pau. de cas. in. l. commodare. ff. cōmo. ita dicit not. l. l. rem alienā. ff. de pigno. act. z dicit ipse do. Pau. in d. l. rem alienā. q doct. dicūt qd hz locum in ol alio cōtractu ex q oritur obligatio rem restitui z ibi est gl. volens qd. d. l. si qs cōductionis. hēat locū i cōtractu precarij. supradicta limita z declara vt per Pau. de cas. in. l. q rez suā. ff. depo. ¶ Adde an p locationē probet dominiū: Alex. cōsi. x. z. vij. z. cliij. Antoni⁹ Francis. ¶ De hoc an probet dn̄ium p instrumētum locatiōis. dicas q non pbatur nisi pbaretur titulus z q etiam fuit locatori soluta pensio vide per Bar. in. l. ad probationem. C. loca. z vide Paul. d ca. in consi. cclxxxi. dicit tamē Bar. in. l. non ab re. C. vnde vi. qd lz non pbet dn̄ium p talem locationem facit talis locatio locantē p̄sumi dn̄m: de quo p Alex. i cōsi. x. z. xij. in. iiij. parte cōsi. z de multis modis pbādi dominium vide per Spec. in tit. de loca. in. §. vj. in ver. lv. z seq. z in versi. cxlviij. z vide etiā p Bar. z Bal. in l. cum res. C. de pbationibus.

c ¶ Et vide Pau. de cast. in. l. et hec distinctio. §. cum fundū. ff. loca. z si non posuerit dato q alius socius qui remansit vtatur tota domo debebit soluere partē pensionis que contingebat socio qui se absentauit sm Imol. in. d. l. duo fratres. ff. de acqui. here. Anto. Francis. ¶ Circa hoc qd hic dr de socio dicas q soci⁹ pōt inuito socio vti re cōi vel cōducta ad vsum destinatū: puta domo ad habitandū: naui ad nauigandū: sylua ad incidendū ligna. vt est glo. in. l. labo

non acceptandi vel alteri non subdelegandi. vt no. in. c. pastoralis. de offi. dele. Item notarius hz officium publicum z dicitur seruus publicus. z tamen si scribit aliquid contra se facit sibi preiudicium: vt est tex. not. in. l. vxori. in fi. ff. de fal. In contrarium tamen pro dicto Inno. facit. c. suborta. j. de re iudi. sed certe potius facit pro: si bene ponderetur. nam loquitur in ordinario. Itē papa ibi protestatus est de suo iure. Secundo soluit Inno. q archieps tulerat hic sniam sup possessione tm̄: nūc aūt agebat petitorio merito sibi non debebat preiudicare. ff. de acqrē. pos. l. naturaliter. §. nihil cōe. Hec solu. licet sit vera in se z pbet in. c. si. de cau. poss. z ppie. tn̄ non cōgruit lre que fundat se q res fuerat inter alios acta nūc: q2 ad aliud nūc agebat. Tertio soluit qd ex nouo iure potuerūt ista post sniaz ad mediolanēsem ecclā puenire. ¶ Hec solu. mihi nō placet: q2 monasteriū sm hoc debuisset obtinere nisi archieps ostenderet de iure suo: q2 semel dn̄s semp presumit dn̄s nisi pbetur cōtrariū. vt in. l. fine possidetis. C. de pba. dixi in. c. cū ad sedē. de restitu. spol. Quarto soluit Hostiē. dicēs in effectu q snia lata per archiepm nō potuit piudicare ecclesie: quia aut archieps sciebat factū z delictū nō debuit preiudicare ecclesie. vt in regula delictū. de reg. iur. li. vj. z de in integ. resti. c. j. lib. vj. Aut ignorabat z debet esse probabilis ignorantia excusata in. d. c. ad apostolice. de dc. exod. Cōtra hāc solutionē facit q2 tex. non fundat se sup hac ratione: sed quia res inter alios acta. vnde lra ista magis facit pro prima solutione Inno. nisi obstarēt contraria supra formata. Sed cunctando om̄ia credo posse dici qd respectu ecclesie cuius noie agebat satis de sententia inter alios acta. nā archieps tulit sniam non noie ecclesie vel tanq eius minister sed potius vt delegatus imperatoris qui forte tanq dn̄s feudi delegauit. Not. tamē ex pdictis cautū esse q processus substātialis cū snia publicetur sicut hic factum fuit. nā vt vides in instrumēto snie continebant oēs attestationes: vt sic si cōtra pcessum aliquid obijciet possit fides fieri per instrumentum snie: sed vt dicit Jo. an. olim de facili hoc fieri poterat: q2 breues erāt depositiones testium: sed hodie tāta est interrogatoriorū pluritas qd hoc facile fieri nō posset. ¶ Glos. in vbo quo magis. in fi. opponit z nō soluit. Jo. and. remittit ad no. in regula vtile. z in regula cū eum. de reg. iur. lib. vj. ¶ Glo. in ver. cōfirmari. opponit de tribus iuribus z nō soluit. sed Jo. and. dicit qd in. c. in synodo. improprie ponit cōfirmatio. ad. c. in noie dn̄i. dicit q speciale est cuius ratio patet. j. de dec. lz. z dic qd illud. c. nō facit in oppositū. solū eñ probat q electus in papā administrat ante cōfirmationē seu installationē. ad. c. cum inter. dic q ille alio iure elegit z alio confirmauit scz tanq alter vt ibi no. z in. c. vt circa. de elec. lib. vj. ¶ Glos. in verbo qd mei. allegat primo cocordātias. secūdo opponit de. l. possideri. §. ex pluribus. ff. de acqr. pos. Sol. q licet possessio possit ex pluribus causis haberi nō tamē dn̄ium vt hic. ad hoc. c. vt qs duas. de elec. lib. vj. Bart. in. d. §. ex plurib⁹. dicit q ex diuersis causis eodē tpe cōcurrentibus pōt vna effici mea. l. marcellus. ff. de leg. j. Secus si cōcurrant diuerso tēpore. z vide de hoc ibi plene p eum: z aliquid p Jo. and. in. d. c. cum persone. de priuile. lib. vj. Tertio glos. querit an debeat suo

boribus. in. §. nauis. in vsi. nauiget. de vsufruct. et pōt etiā ducere in domū cōmunem vel cōiter cōductā amicū suū socio inuito. vt per Bar. Ange. z Alex. in. l. si stipulat⁹ fuero p te. ff. de vbo. obli. qd tn̄ intellige verū nisi vellet inducere in domo inimicū socij ipso socio inuito. ita Bal. no. in. l. j. in. ij. col. C. qui testa. fa. pōt. nec posset inducere aut retinere cōcubinam vel inducere meretrices inuito socio in domo. ita Bal. l. l. si cōuenerit. ff. pro socio. et adde qd socius pōt alium loco sui eq idoneū inducere inuito socio. z hoc habebit iudex arbitrari an sit eq idoneus vel sit honesta persona. vt p Bal. late in. l. j. in vlti. col. C. qui testa. facere possunt.

c ✝ Sebastia. Sapia.

d ¶ Glos. vide moder. late in. l. j. C. qui testa. face. pos. vbi Bal. dicit gl. in. d. §. fin. institu. loca. eē singularē. et de veritate vide p Alexā. in. l. seruū electione. §. labeo. ff. de leg. j. z Ang. in. l. duo fratres. ff. de acquirē. heredi. vbi ponit an si plures scholares cōducunt domum et vnus recedat: an illi qui remanēt debent soluere p parte illi⁹ qui recessit.

e ¶ Unde si vnus ex socijs scholaribus q simul conduxerunt domū ita alte legit quod impedit aliū studere potest cōpelli vtili act. pro socio vt ab hoc desistat vt hic per do. Anto. et adde q etiā vnus ex scholaribus non pōt inuito socio retinere meretrices i domo: vt dicit gl. in. l. non aliter. ff. de vsu et hab. imo pōt repelli socius de societate scholariū si ali⁹ sit rixosus et scandalosus. vt. l. si conuenerit. ff. p socio. et est bonus tex. in. c. ex lris. de cōstitu. et tenet do. Anto. in proemio Greg. in. v. colū. et vide quedā alia ad ppositum que ibi scripsi post eum. et vide ad predicta Ange. de are. in. §. fina. institu. loca. in penulti. colū. et dicit Bald. in. l. j. C. si de momen. pos. fuerit appella. q ab hac sententia non poterit appellari quia celeritatem desiderat: si tamen scholaris vagando in scholis doctorem legendo impediret non per hoc debebit a legendo desistere vt est glo. xlvj. dist. c. scimus. quā ad hoc alle. Ro. in. l. j. ff. solu. matri. sm Alexan. ibi.

cumbere allegās diuersos titulos sui dn̄ij. z videtur velle q sic si vult rem nancisci ex diuersis titulis nō concurrentibus. Secus si rōne vnius egit z rōne alterius vult excipere. Et no. in hoc gl. z primum membrū videt pbari in. d. c. vt qs duas. vt patet ex not. in. c. post electionē. de cōcess. pben. vbi dixi. z vide qd not. in regula nullus pluribus. de regu. iur. lib. vj. ¶ Glo. in ver. nec accessorium. primo allegat cōcordantias. scdo allegat in cōtrariū de iureiurā. debitores. vbi iuramentū accessoriū ad contractum non sortit naturā cōtractus: imo tenet licet cōtractus vsurariū sit nullus. Rn̄det q est speciale. tu dic melius vt ibi plenius dicetur. Postea opponit iterū et solu. vide ad materiam

16 qd no. in. d. regula accessoriū. ¶ ✝ Glo. in ver. non

a sufficiant. ᵃoppo. q imo locatio pbet dn̄ium nā videmus q cōtra locatorē agentem non potest inquilinus referre questionē dominij. vt in. l. si quis cōductionis. C. loca. sicut nec contra agentem cō-

b mo. vel pignoratitia. Soluit ᵇglo. q cōtrariū procedit si ageret actione locati: sed hic agebat rei vēdicatiōe que pponit tanq contra quēlibet extraneum. ideo locatio non pbat dn̄ium cū cōductor possit rem cōductā alteri locare. l. nemo. C. loca. et non probat hoc esse zc. vt. s. dixi in notabilibus. et dic clarius quo ad casum nostrū q hic non agebatur cōtra cōductorē quo casu posset disceptari: an contra locatorē possit cōductor excipere de dominio: sed agebatur rei vendicatione cōtra extraneum. et sic oportebat pbare dn̄ium qd non pbat per locationē per supradicta. An autē et quando possit cōductor excipere de dn̄io contra locatorē. vide per Barto. in. l. si quis conductionis. C. loca. vbi post discussionē materie sic distin. Aut enim locator agit cōdictione. l. si colonus. et non excipit nec de dominio pprio nec alieno: sed oportet qd prius res restituat locatori. z fuit illud inductum in odium illoz qui per varias exceptiones volebant eludere locatores. Aut agit actione locati z aut dubitatur de locatione et potest excipi de dominio. vt. l. litibus. C. de agri. et cēsi. libro. xj. Aut cōstat de locatione et si excipit de dominio pprio auditur quia exceptio resoluit cōtractum locationis. l. qui rem propriam. C. locati. Aut excipit de alieno: et tunc aut ille dn̄s assistit et nō admittit. l. bona fides. ff. deposi. Aut non assistit et nō admittitur: quia nō resoluit ius agendi cum non dominus possit locare. dicta. l. nemo. Aut agit locator rei vendicatione et potest conductor excipere de dominio: quia agitur contra eum tanq contra

17 quemlibet extraneum vt dixit glo. et bene. ¶ ✝ Ultimo scias quod finis huius gloss. adducitur ad

c questionem an scholaris ᶜ recedens possit alium ponere loco sui in domo vel camera. et dicendum quod sic quia conductor potest locare zc. Sed du-

d bium est an possit hoc facere inuitis socijs. glo. ᵈ institu. loca. in fine dicit quod licet possit alteri locare iure locationis. vt. s. dixi. ratio tamen societatis prohibet que preualet cum videatur electa industria psone. institu. de societa. §. soluit. idem Specu. in ti. de iudi. §. ij. versi. circa hoc queritur.

18 vbi latius per eum. ¶ ✝ Ex his no. q iura loquētia de socijs pñt adaptari ad scholares et alios in eodē cenaculo habitantes qd clarius tenuit Azo per. l. pomptone. ff. de his qui deie. vel effu. vt recitat Specu. in loco preallega. vnde dicit quod si

e scholaris ᵉ non versat in domo vt deberet: potest

Zacharias.

a ¶ Preter stilum. Adde Felin. in c. sedo. colū. x. versi. stilus curie. ḋ. de ꝓscrip. not. l. apostil. ad istum in c. ex literis. in apostil. in versicu. stilus curie. ḋ. de rescrip. et in c. cum dilecta. eod. versi. nunc. ij. eo. tit.

Sebastia. Sapia.

b ¶ Et sigillis. vide roma. in consil. lix. incip. ad discutien. in. iiij. dubio et multa allegata per domi. Ias. in repe. l. admonendi. colū. lxxix. versi. adde etiam q̄ dicto cardinalis. ff. de iureiuran.

c ¶ An ⁊ quando creditur literis vel dicto cardinalis. ⁊ adde hic q̄ᵭ notatur post glo. ⁊ domi. abb. i. c. sicut. senten. excom. ⁊ de hoc vide per do. Anto. in c. quoniā cōtra. i. xxviij. col. ⁊ q̄ᵭ ibi notatur. de ꝓba. itē vide q̄ᵭ de hoc late scripsit Ro. in l. sciendū. ver. xxiij. decidit. de verbo. obli. vbi latissime hoc examinat. dat amplissimas remissiones. nā vltra hic allega. per do. Anto. allegat Inno. in c. cū dilecti. de accu. et in c. cū olim essent. de priui. Lap. all. sua. xv. circa prin. ⁊ allega. xxxij. vltra medium. bar. in l. i. C. de indi. lib. ⁊ bal. in l. exemplo. in fin. C. de proba. vbi alleg. Io. an. i. c. ex lris. de l in ite. resti. ꝑ bald. in l. si quis ꝑ calū. C. de epis. et cle. in vlti. colū. v. ꝑ cide ꝗro legat². et tu etiam vide bald. in l. iureiurā. C. de testi. ⁊ in. l. eā q̄dem. in fin. col. C. de accu. itē vide do. de ro. in antiquis deci.

contra eū agi actione ꝓ socio. agitur tamen vtili actione ꝓ socio: vt ibi not. ⁊ est ratio quia directa actio daf q̄n societas ꝯtrahitur ad cōmodiorem vsum ⁊ vberiorē questum. ⁊ illa dicif ꝓprie societas de qua leges loquunf. vt no. Spec. in ꝑalle. §. ver. hoc etiā not. Per hoc dixi in q̄ōne facti q̄ᵭ in materia odiosa appellatione socij nō veniet socius in domo: et ideo si statutū dictat q̄ socius teneaf ꝓ socio non tenebitur scholaris ꝓ socio in domo ōnitat: at quia illa ꝓprie nō est societas ⁊ in odiosis debemus capere verba stricte. vt in l. vlti. §. hec autē verba. ff. de nego. gest. ⁊ in c. in nr̄a. de iniur.

19 ¶ † Insup etiam puto q̄ si scholaris male versaf in domo nec cōpesci pōt a sua insolentia poterit expelli per. l. si ꝯuenerit. in fi. ff. ꝓ socio. ⁊. v. q. iiij. in loco. ⁊ hec sufficiant.

1 ¶ Cardinales ex commissione pape dispensant circa votū vltramarinū ꝓ terre sancte succursu.
2 Litere impetrate ꝑter stilum curie sunt de falsitate vel surreptione suspecte.
3 Vouens simpliciter potest compelli ꝓ executione voti.
4 An quinq̄ ignota sigilla vel vnū notū ꝓbent.
5 An sit credendum cardinalibus: vel corū sigillis vel prelatis alijs.

Quod super. Non valēt litere super absolutione voti per crucesignatum impetrate tacita veritate vel expressa falsitate. Communis diuisio. secunda ibi: ad q̄ᵭ ⁊c.

¶ Casus literalis. In archiepiscopatu cantuarien. erāt q̄dā crucesignati: mādauit papa cātuarien. episcopo vt eos ad voti executionem cōpelleret. ⁊ dum ipse eos cōpellere vellet ad votū soluendum: ipsi super absolutiōe voti redeūtes ab apostolica sede ostendebāt cardinaliū sigilla ignota: cum super impedimentis que exponebāt nō esset eis de leui credendū: quesiuit archieps̄ quid agere debeat super his. ⁊ papa respondit q̄ aliquando literas talib⁹ cōcedit ⁊ rescribit illis qui sciūt personas ⁊ facultates eorum hoc modo vt diligēter inquirant veritatē super impedimētis expositis, sup hoc q̄ᵭ animarū saluti et succursui terre sancte magis nouerint expedire statuant prouidentes ne in fraudem voti aliquid fiat. vnde si tales lr̄as impetrauerunt tacita veritate vel exp̄ssa falsitate siue sint cardinalium siue etiam pape et non solum dubie: sed etiā certe lr̄e ille nō valent ⁊ eis non obstantibus debent ad voti executionem compelli. Ber. ¶ † Not. primo arg. q̄ cardinales dispensant circa votum vltramarinum pro terre sancte succursu emissum. In ꝯtrarium tamen videtur tex. in c. ex multa. iuncta glos. in. ḟ. de voto. vbi patet q̄ᵭ circa hoc votum nullus citra papā sine ipsius speciali licentia dispensef: ideo intelligē istū tex. q̄ ex speciali cōmissione pape que sepe fit cardinalib⁹ viue vocis oraculo cardinales dispensabant. ¶ Not. secūdo q̄ sigilla cardinalium

2 sunt autentica dūtamen sint nota. ¶ † No. tertio
a q̄ litere impetrate preter stilum^a curie sunt de falsitate vel surreptione suspecte. ad hoc q̄ᵭ legitur ⁊ notatur in c. causam que. el. i. ḋ. de testibus. et in c. q̄ graui. de crimine falsi. ⁊ in c. ex literis. de constitu. ⁊ not. formam literarum cum scribitur pro absolutione crucesignatorū. ⁊ dicūtur crucesignati illi qui emisso voto pro succursu terre sctē assumebant crucem in signum peregrinationis eorū pectoribus annectētes. Idē tamen esset si emisso voto crucem non assumpsissent: quia nō minus sunt obligati. ¶ Not. ibi carere volumus ⁊c. Ex hoc enim ego arguo q̄ᵭ litere surreptitie sup voti absolutione sunt ipso iure nulle. q̄ᵭ ꝓbo per. c. nouit. iuncta glos. si. ḟ. de his que fiūt a prela. facit q̄ negari non potest quin in alio sint gratiose. ergo irrite interce dente surreptione. de fi. presby. c. i. et ñ. lib. vi. ⁊ q̄ᵭ not. in c. ad audientiam. de rescrip.

3 ¶ † Vltimo not. ex fi. litere q̄ vouens simpliciter potest compelli ad executionem voti. Ad idem. c. ex parte. de censi. simplex enim votū obligat etiā de iure ciuili. l. ij. ff. de polli. hinc dixit Inno. q̄ si aliquis simpliciter vouit intrare aliq̄ᵭ monasterium potest monasteriū instare vt cōpellatur intrare. ita not. in. d. c. ex parte. ⁊ vide per eum in c. scripture. de voto. ⁊ ho. tex. in c. licet. eodem titu.

4 ¶ Oppo. cōtra tex. d. c. post cessionem. de ꝓba. vbi statur vni sigillo donec ꝓbetur contrarium. Ad idē. ḋ. eo. c. ij. glo. iij. hic instat ⁊ in effectu concludit q̄ aut sigillum est notū ⁊ loquif cōtrariū. Aut ignotū ⁊ non creditur ei soli: sed oportet q̄ᵭ ad minus sint quinq̄. vt in c. i. xcviij. dist. ⁊ in c. i. de cleri. peregri. vtrunq̄ membrū limitatur hic per docto. Nam circa primū quādo nō est notū. dicit Hostiē. q̄ si is contra quē ꝓducitur negat illud esse verū sigillū eius cuius esse dicitur ex quo reputatur notum ei incūbit onus ꝓbandi. vt in c. tertio loco. de ꝓbatio. posset tamen fieri collatio cum alijs sigillis illius si habeātur sicut fit collatio literarū. l. cōparationes. C. eo. tit. intellige tū hoc dictū in casibus in quibus sigillum facit fidem. q̄ᵭ quādo fit dixi in c. post cessionē. ꝑallega. aliquid. ḋ. c. ij. Secūdum membrū vt stetur q̄nq̄ sigillis quādo sunt ignota: limitaf hic per Io. and. quando nulli fit p̄iudiciū. Tu dic melius q̄ aut sigilla ⁊ illi quorum nomine sigillaf sunt penitus ignota ⁊ non creditur etiam si essent mille q̄ eadē ratio est in mille ignotis penitus que in vno. vt dicit glos. no. in c. i. xcviij. dist. Aut habef aliqualis cognitio sigillorū vel sigillantiū: ⁊ tūc si nō agitur de alterius p̄iudicio speciali credif si sunt quinq̄. ⁊ sic intellige iura superius alleg. q̄ᵭ sensit Inno. in. d. c. i. de cleri. peregri. Aut tractatur de preiudicio alterius ⁊ non creditur. ⁊ sic intellige limitationē Io. hic pro hoc quia vbi agif de preiudicio alterius debent ꝓbationes esse clare. vt in c. in presentia. de ꝓbatio. ⁊ probatur ad propositū. ḋ. c. primo. in fi. in ratione sui. ⁊ in regula cum iura partium sunt obscura. lib. sexto. ¶ Sed contra p̄dicta facit iste tex. saltē a contrario in quo innuitur q̄ cessante surreptiōe staretur singulis sigillis ignotis cardinaliū ⁊ sic non requirunf quinq̄ saltem. Sol. Inno. dupliciter primo q̄ in contrarijs vbi requirunf quinq̄ non solum sigilla erant ignota sed etiam episcopus ⁊ episcopatus. Vel secūdo ibi erat maius periculū q̄ hic. ⁊ idem Abb. facit. c. quiescamus. xlij. dist. vbi creditur alteri ex quo nō agitur de alterius preiudicio. sed cōtra hoc facit. nam hic agitur de p̄iudicio terre sancte. Credo posse dici q̄ᵭ hoc. c. procedit quādo litere impetrātur in forma iustitie: licet aliquā contineant gratiam: vt probatur in verbo ad q̄ᵭ. vnde ex quo de cardinalibus habetur certa ⁊ indubitata notitia nō obstat ignorantia sigillorū cum in his q̄ sunt quasi iuris nō ꝑsumatur de facili falsitas. vt in c. penulti. de crimi. fal. est enim iuris vt dato impedimēto procedatur ꝓut dicitur hic in ver. ad quod. ⁊ de impedimēto est fiēda fides corā cōmissario. Secus vbi simpliciter absolueretur a voto: tunc enim militaret q̄ᵭ. ḋ. dixi. Et sic limita predicta ⁊ bene probatur hic.

5 ¶ † Sed nunc attingendo specifice an
b ipsorū cardinalium relatibus ⁊ sigillis^b sit certa
c fides adhibenda quero^c an sit eis credendum vel eorū sigillis de quibus minime dubitatur q̄ sint ipsorū cardinaliū. Vnde aut cardinalis dicit se esse legatū ⁊ ei creditur: maxime quia non cōsueuerunt exire curiā sine legatione: sed si diceret aliquid sibi concessum specialiter vltra debita legationis officio generali nō crederef nisi fidem per literas faceret. de quo plene per Io. and. in c. i. de offi. leg. lib. vi. ⁊ in c. ad eminētiam. de sentē. excō.
3 legi. & not. in. c. solicite. de restitu. spol. ¶ †Nota quod contra testes deponentes cōtra verisimile est presumptio falsitatis: et sic non faciunt fidem nisi sint tales de quibus non est verisimile quod debeant deierare vel nisi habeāt aliquā presumptionem secū: puta famā vel q̄d simile. ¶ Opp. & videt̄ q̄d alio respectu nō valuerit hec permutatio: q: nō interuenit autoritas episcopi. j. de rerum permu. quesitum. cum simi. Sol. intelligendum est sm doc. quod hec autoritas etiā allegabatur. sed non est verisimile quod hec intercessissent sed falso modo allegabantur.

¶ Quia verisimile. Adde Cepo. p istum textum no. dicit Barto. in. l. cum quid. ff. si certum pet. quod ad probandum debitum sufficit q̄d testes viderint tradi pecunias q̄uis nihil dictum fuerit nec de mutuo nec de donato vbi etiam dicit de illo q̄ dicit tolle hanc pecuniam an presumat̄ donare vel dare aio repetendi. de quo vid. plene & pulchre p. d. ab. l. c. si cautio. in pe. char. ā. ti. j.

¶ Adde Roma. consi. ccxx.

↪Sebasti. Sapia.

d ¶ Puto tñ. Idē tz do. Abb. in. c. j. j. de cleri. nō residentibus. vide petrū de anch. in ꝯs. cclxxix. incip. in casu p̄misso. Pe. de peru. in trac. p̄mutationis. colū. vij. & Rot. decis. cxliij. in antiquis.

e ¶ Durioribus. Opponēs exceptionē nō verisimilē grauat̄ durioti onere p̄bandi. & ad hoc vide do. Anto. in. c. si cautio. in pe. char. ā. titu. j. et in. c. super hoc. in. xij. col. de renū. sed imo quod sit repellendus per ea q̄ scribit do. Alato. p̄st Inno. in. c. post electionē. circa finē. de conces. preben. sed dic q̄ est in arbitrio iudicis cōsiderare quātā p̄sumptio ꝯtra excipientē sit: vt hic sentit. d. Ant. post Ho. & clari⁹ in. d. c. sup h. l. xiij. col.

Sola

1 ☞ Sola cohabitatio maris & femine non inducit presumptionē in matrimonio.
2 Seruus in spiritualibus potest esse in iudicio.
3 Signum equiuocum ad plura nō probat nec presumptionē facit pro altero tantum.
4 Delatio annuli in muliere est signum matrimonij.
5 Si maritus tenet vxorē extra lectū & mensam nō tractat eā vt vxorem.
6 Solum instrumentum dotis vel donationis propter nuptias an probet matrimonium.
7 An fama vel cogitatio probent matrimonium carnale vel spirituale.
8 An fama cum actis proportionalibus probet matrimonium.
9 Si probet per duos testes ꝙ vir iacuit cū vna muliere: & vir intendat conseruare possessionē iuris matrimonialis: & hoc intendat mulier: an per hoc probetur matrimonium.
10 Maritus pōt vendicare vxorē adiecta causa de iure canonico & de iure diuino: & datur etiam ei officium iudicis & interdictum &c.
11 Dñs cōstituens dotem vel donationem propter nuptias seruo vel ancille videtur ei conferre libertatem.
12 Si probet ꝙ maritus dederit annulū mulieri an p̄sumat matrimoniū.
13 An si probet tm̄ ꝙ mulier portat annulum presumatur matrimoniū.
14 Sola cohabitatio sufficit de iure ciuili ad probationem matrimonij.

Illud quoqꝫ. Per nominationem cohabitationem & famā probat coniugiū maxime si appareant instrumēta dotalia. ita summat Ioā. andr. que summatio iudicio meo oīno non colligitur ex isto tex. tū q2 in isto tex. nulla fit mentio de cohabitatione nec nominatione vltra instrumenta dotalia. tum q2 per dictionem maxime sentit Ioan. and. ꝙ absqꝫ instrumento dotali fuisset hic per alia posita in tex. probatum matrimoniū ideo magis inherendo litere summo sic. Per cohabitationē & diutinā famam de matrimonio & cōtractibus matrimonialibus & alia adminicula probat matrimoniū. h. d. Cōis diuisio secūda ibi verū. ☞ Casus literalis. Quedā mulier libera per. x. an. & vltra sciēter cohabitauit cuidā seruo tanqꝫ legitimo viro: & ab eo fuit carnaliter cognita postmodum asserebat illum suum non esse maritum: sꝫ vir dicebat illam esse suā vxorē ostendens publicū instrumentū in quo se cōiuges nominabāt: & per quod ipm donationē ꝑpter nuptias fecisse eidem apparet. mulier asserebat instrumentū istud factū esse in fraudē vt dñs seruo suo fraudaret insuper producit testes ꝙ ille pluries rogat⁹ fuerat ab amicis mulieris ꝙ eā desponsaret: nec desposasse nec desponsaturū seipsam firmiter asserebat. vir predictū instrm̄ ꝑducebat & quosdam testes qui viderāt eā annulos deferentem. ad hoc respōdebat mulier ꝙ hoc faciebat f̄m cōsuetudinē illarū que panes vendūt. Iudex super hoc consuluit papā & ipse respōdet ꝙ in hmōi dubietate fama vicinie dꝫ attendi: & si fama loci habet ꝙ vir ipsam in lecto & in mensa sicut vxorem tenuerit. cogenda est mulier vt eidē viro affectu adhereat cōiugali: precipue si dictum instrumentū ab eo sit factū qui officiū suū fideliter adimpleuit. Ber. ☞ † No. i. expressum in litera ꝙ sola cohabitatio
1 maris & femine etiā diutina nō inducit p̄sumptionē matrimonij & qd pl⁹ est etiā si masculus sit seruus & femina libera. nā prima frōte videret cōtrarium. cū non videat verisimile ꝙ libera velit cohabitare cū seruo ꝑter affectū coniugalē cum vix reperiat aliqua que cū seruo velit etiā matrimonialiter cohabitare. j. de cōiu. ser. quasi per totū. sꝫ rō decidēdi in contrariū est. q2 cū matrimoniū sit magnū sacramentū & maximi preiudicij non dꝫ iudicari ex leui p̄sumptione. argu. in. c. literas. j. eo. & in. c. lꝫ
2 ex quadā. s. de test. & de hoc aliqd. j. super glo. in ver. vxorē suā. ☞ † Secūdo no. casum in quo seruus pōt esse in iudicio nomine proprio & pro iure proprio. s. causa petendi vxorē suā. in istis enim spiritualibus non curatur dñica potestas sicut nec patria. de iudi. si annum. lib. vj. & c. j. et quod ibi no. de cōiu. seruo. & de materia in. l. vir certis. ff. de iu. & in c. nō
a est. j. de sponsa. ☞ Tertio no. ibi: vendicās. quod maritus ᵃ potest vendicare vxorem. & sic videt ꝙ maritus habeat dñium in vxorē cū rei vē. non competat nisi ratione dominij. l. j. et. l. nostrum. ff. de rei vēdicatio. & no. in. c. examinata. de iu. In contrarium facit. l. si vxorem. C. de condi. inser. vbi dicit ꝙ mulier est in potestate patris & non mariti. ideo dic vt j. latius dicam. ☞ Nota hic apertissime ꝙ instrumentum donationis propter nuptias. lꝫ in eo enuncietur matrimonium non tñ per hoc probat matrimoniū sine alijs adminiculis. de quo. j. lati⁹ dicā. ☞ No. ibi: desponsasse nec desponsaturum &c. ꝙ lꝫ voluntas semel fuerit posita et pluries repetita: tamen per varias ꝓbationes seu coniecturas pōt pro
3 bari mutata. ☞ † Nota ibi: more illarꝫ que panes &c. quod presumptio surgens ex signo tollitur si probatur illud signum equiuocum ad plura. Ex quo colligitur quod signum equiuocū ad plura nec probat nec precise presumptionē facit pro altero tantū facit. c. in presentia. de ꝓba. E cōtrario vero signum ad certum quid restrictum probat vel saltē pre
4 sumptionē magnā facit de signato. facit. c. dilecto. de preben. ☞ † Item ex hoc & ex tex. not. quod delatio annuli in muliere alio non probato est signū matrimonij. pro hoc. xxx. q. v. femine. vbi ponitur tex. quare vxori datur annulus a marito & quare ponitur in quarto digito. ☞ Nota in ver. verum quod in probatione matrimonij vbi vere probationes non sunt pre ceteris attēdenda est fama vicinie. & sic habes casum in quo fa
5 ma plurimū valet. ☞ † No. ibi: in lecto ᵇ & in men
b sa &c. duo signa ad presumendum matrimonium inter virum & mulierem: vt quia vir teneat eam in lecto & in mensa vt vxorem. Ex quo infert do. Anto. quod si maritus tenet vxorem extra lectū suum & mensam nō tractat eā vt vxorem & posset vxor virum constringere vt eam in predictis et alijs tractet vt vxorem. quod not. & adduco. c. ex parte. de spon. & quod not. in. c. ij. de cōiug. lepro. & vide glo. in. c. manifestū. xxxij. q. v. que vult vxorem non posse inuito marito vouere vt iaceat de nocte cum camisia: quod nō esset si vxor non teneretur secum iacere: & si tenetur vxor ergo & maritus cum quo ad carnale debitū non iudicent ad imparia in. c. gaudemus. de diuor. & facit descriptio matrimonij que sequitur in litera. ibi: indiuiduam vite consuetudinē retinens &c. ☞ Not. ibi: seruiat affectu coniugali. quod vxor tenet seruire marito. & alibi dicit textus quod est pene famula viri: vt in capi. hec imago. xxxiij. q. v. sed tu pondera literam que qualificat hoc seruitium. vt scilicet debeat seruire affectu coniugali. & sic non sumitur simpliciter. Ad que autē teneatur vxor: vide quod satis dixi in ca. literas. de restitutione spoliatorum. ☞ Anteqꝫ gl. iuxta ordinem attingam expediam intellectū capituli. ☞ Quero igitur primo per qꝫ probatur hoc matrimonium: cum fiat mentio de instrumento donationis propter nuptias in quo nominabāt se coniuges. Itē de delatione annuli. & papa respōdet quod in talibus fama vicinie magis debet attendi. & pondera verbum magis quasi sola fama non sufficiat. Solu. glo. nostra tangit intellectum huius capituli in. v. locis. ☞ Primo in ver. nominationē. & in ver. donationem. & in ver. si fama. & in versic. vxorē. & in ver. presertim. sed nullibi iudicio meo declarat perfecte intellectum huius capituli. nā in ver. nominationem solum dicit quod nominatio presumptionem inducit sed non probationē. in versic. donationem. dicit quod instrumentum donationis propter nuptias inducebat presumptionem sed non plene probabat. q2 non fuit factum super matrimonio per. l. neqꝫ sine nuptijs. C. de nup. In ver. si famam. dicit quod fama per se plene non probat: sed cū alijs adminiculis seu presumptionibus valet: quia que nō prosunt singula &c. sed non exprimit qualia debent esse alia adminicula seu presumptiones. In ver. vxorem. dicit qd sola cohabitatio nō probat matrimoniū. In versi. presertim dicit qd fama cū alijs sufficit hic etiam sine illo instrumēto: sed non dicit cum quibus alijs forte habuit respectum ad cohabitationem & delationē annuli. Alia enī nō allegabantur preter instrumentū. Nominatio vero hic non probatur extra instrumētum & videtur glossator magis in ista glo. ꝙ in qualibet alia animū suum exprimere. sed certe si hunc intellectum habuit nō recte sensit. Primo q2 hec lec. nō cōgruit litere que licet ponat in fine ver. presertim. nō tamen per hoc intendit excludere totaliter probationem instrumenti sed innuit quod tunc maxime est attendendum si fuit confectum ab eo qui suum officium consueuit diligenter exercere. Itē non videtur vera in se vt sola cohabitatio cum fama sufficiat: quia ex hoc sequeretur quod sola fama per se sufficeret. cum habitatio nihil probet. Item essent ꝓbationes nimis fragiles ad tantū negotium probandum et nullibi hoc probatur. imo ve dixi hec lectura in fin. innuit contrarium cum ponderat instrumētum. Et hoc quo ad primum intellectū quē sentit glo. sed eam saluando posset dici quod ponderauit vltra famā cohabitationem diutinam: nominationem cōiugalem. delationem annuli. & hec satis videntur sufficere

n ☞ Maritus. Quomodo & quibus modis debeat quis vēdicare vxorē suā. vide do. Abb. in. d. c. non est. de sponsa.
Anto. Franci. ☞ Circa hoc an vxor possit vendicari a viro. dicas ꝙ lꝫ vxor non sit in dñio neqꝫ in ptāte viri nisi quo ad vsum & debitū carnis & maritalia seruitia ita ꝙ posset dici ꝙ directa rei vēdicatio non possit dari q2 illa nō datur nisi dño cōtra possessorē: vt l. l. j. C. de alie. iu. mu. cau. fac. & in. c. examiata. de iu. tñ potest vendicari adiecta cā quia vxor ō iure ca. sicut vēdicat pr̄ filium rōne p̄rie ptātis de iure romanor. vt in l. j. §. per hāc. ff. de rei vēdi. imo vxor fugiens a marito posset repeti interdicto. de libe. ho. exhi. f̄m Bal. in. l. fin. C. de libe. exhi. adde tñ qd si vxor fugit a viro etiam culpa mulieris ꝑt petere sibi caueri a viro de nō offendendo maxime si vir sit seuus ex sic suspicio offensionis: vt l. c. literas. de restit. spol. imo si iudex multū suspicaret de offēdēdo. ita qd videret non posse prestari sufficientē cautionem a viro posset illā vel recludere i monasterio vel recondere apud aliquā honestā psonā. dicas tñ ꝙ non obstante tali cautione p̄stita p virū posset ipse marit⁹ eā castigare: vt in ca. ex transmissa. & ibi plene p do. abba. de resti. spol.
Sebasti. Sapia.
n ☞ Marit⁹. Vide de hoc Card. in. c. ex parte. in. vj. oppo. de resti. spoli. Ray. in summa ō matri. in tit. quō & qualr mulier possit repetere quē i virū. & bald. in. l. non ignorat. i. iij. col. C. qui ac. non pos. & l. l. neqꝫ natales. l vi. col. C. de pba.
b ☞ In lecto. No. signa tractandi aliquā vxorē. aliō tñ ē tractare aliquā vt vxorē. aliud tractare aliquā honorifice vt vxorē. vt dic̄ bal. l. c. ego ff. ō iureiu. i. ij. colū. & v. ex his colligi. Itē adde hꝙ qd no. bal. i. c. ex trāsmissa. ad fi. j. colū. de resti. spo. & bar.

fine alio instrumẽto: vt ex infra dicendis patebit.
6 ¶ †Secũdus intellectus colligit ex dictis Inn.
q dicit ꝙ licet fama plurimũ adiuuet: tñ per eã non
iudicaret matrimoniũ sed ꝓpter instrumentum
quo cõtinet donatio ꝓpter nuptias in quo se cõ-
iuges nominabant. Donatio eñ ꝓpter nuptias
locũ non habet nisi vbi est matrimoniũ. ff. de dote
post diuor. re. ⁊ si necesse. Nec ob. ꝙ obijciebat in-
strumentũ in fraudẽ cõceptũ: q2 hoc nõ ꝓbabat
nec ꝑsumebat ex quo notarius cõsueuit suum offi-
cium fideliter exercere. Hoc tñ limitat s3 alios ⁊
bene sm eum vt instrm̃ dotis ⁊ donationis ꝓpter
nuptias ꝓbet matrimoniũ si nõ agit de ꝑiudicio
alterius matrimonij. alias secus cũ verba sunt necessa-
ria ad 3trũ mr̃imonij exprimẽtia 3sensum de pre-
senti. ff. de sponsa. tue. Examinemus ꝑmo hũc in-
tellectũ anteꝙ descẽdamus ad alios. Host. dicit
a ꝙ ꝑ solũ instrm̃ dotis vel donationis ꝓpter nu-
b ptias nõ ꝓbat matrimoniũ etiã si nominarent
se ibi 3iuges alle. l. neq3 sine nuptijs. quã alle. hic
glo. ꝗ quidẽ in hoc tenuit idẽ ꝙ do. Ant. hic. Nõ
ob. l. optimã. C. de 3hen. ⁊ cõmit. stip. vbi dicit ꝙ
si in stipolatione dicit ꝙ seruus tuus fuit stipula-
tus ⁊c. ⁊ ꝑ hec verba enũtiatiua ex quo sunt necessa-
ria ad stipulationis actũ ꝓbatur illũ esse seruum
tuũ. nã sm eũ illa verba enũtiatiua probant enũ-
tiatum solũ quo ad ꝓbandũ actum de quo prin-
cipaliter agit: cũ actus nõ possit subsistere sine enũ-
tiato. secus si simpliciter de enũtiato ageret: vnde
ibi probat ꝙ sit seruus ꝑ illa verba enũtiatiua quo
ad validitatẽ stipulationis cũ sine hoc nõ valeret
stipulatio. secus si ageret de seruitute ad aliũ ef-
c fectũ: vt hic. ⁊ dicit ꝙ hec est solennis limitatio ad
illam. l. optimã. sed certe ego allego glo. in v. ⁊ ser-
uum. q aperte hoc vult. ⁊ sic intelligit ⁊ restringit
illã legẽ ꝑ. l. cũ aliqs. C. de iure delib. vbi vr̃ hoc
ꝓbari. ¶ Sed aduerte q2 Bal. in aut. si qs in ali-
quo documento. C. de eden. referens dictũ Inn.
hic dicit ꝙ text. fin. videt in oppositum in aut. vt
fra. fil. §. aliud quoq3. iuxta prin. vbi dicit apte ꝓ-
bari ꝙ ꝑ instrm̃ dona. propter nuptias insinua-
tum ꝓbat matrimoniũ. sed ipse reducit ad cõcor.
ꝙ in preiudicium partiũ inter quas 3ficit instru-
mentũ ꝓbat tale instrm̃ matrimoniũ: vt in ꝑal.
aut. sed in preiudiciũ aliorũ non. ⁊ sic ꝓcedat di-
ctum Inno. s3 certe hoc voluit in limitatiõe quã
postea fecit. et hãc opi. Bal. videt sequi do. Car.
hic. sed hec opinio nunꝙ mihi placuit: imo de di-
recto 3 eam videtur tex. hic quẽ isti reuerẽtia cor
salua nõ videntur ponderasse. nã hic nõ agebat
de ꝑiudicio alterius matrimonij ⁊ 3currebat nõ
solum tale instrm̃ sed etiã diutina cohabitatio et
annuli delatio. ⁊ tñ papa non fuit 3tentus his ꝓ-
bationibus: sed dixit attendendã etiã famã vici-
nie. si eñ simpliciter ꝑ tale instrumẽtũ ꝓbaretur
matrimoniũ papa mandasset absq3 alia ꝓbatio-
ne illã cogi. Itẽ in fine tex. apte innuit ꝙ tale in-
strumẽtũ solũ adminiculet ꝑsertim si est 3fectum
ab eo q officium suũ diligẽter exercebat: nec valet
si dicat ꝙ instrm̃ hoc erat vitiosum: q2 hoc fuit fal-
sum. fuit enim allegatio partis: vt. s. dixi. si enim
fuisset verũ non prestitisset adminiculũ: nec fama
aliqd ꝓbaret cũ ꝑsumeret orta ex falso instrumẽ-
to ⁊ reprobato: vt legi. ⁊ no. in simili. in. c. inter di-
lectos. de fi. instru. vnde ratione fraudis adhibi-
te fuisset ꝑsumptum cõtra matrimoniũ: ꝙ tamẽ
non fuit vt hic patet. ⁊ qd de iure nõ probet cum
principaliter agit de matrimonio est text. iuncta
glo. in d. l. neq3 sine nuptijs. ⁊ in d. l. cum aliquis.
iuncta gl. in d. l. optimã. Ad aut. vt fra. fil. respõ-
deo ꝙ nõ ꝓbat id ad qd inducit si bene ponderet
ibi eñ solum ꝓbat matrimoniũ quo ad donatio-
nẽ propter nuptias. ⁊ sic respectu eius qd princi-
paliter cõtinet in instrumẽto. ⁊ hoc negat nemo.
cũ tex. sit in d. l. optimam. ⁊ d. l. cum aliquis. non
autem probatur ibi matrimoniũ ꝑncipaliter cũ
non ageretur ibi de matrimonio. ⁊ quod hoc sit
de mẽte illius tex. primo patet ex rubro illius aut.
nam ibi tractatur solũmodo de modo insinuãdi
donatiões ⁊ ipsas 3sequẽdi soluto matrimonio

vnde in rubro non ponit de modo ꝓbãdi matri-
monium: s3 potius ponit in aut. quib. mo. natu.
effi. leg. §. qm̃. ⁊ nigrum debet cõuenire rubro: vt
not. in. c. ubi qui. de rescri. lib. vi. ⁊ in. c. si sup gra-
tia. de offi. deleg. eo. lib. Itẽ hoc patet ex princi-
pio. §. illud quoq3. decuius mente videt qd mẽs
imperatoris fuit ibi cõsulere ⁊ ꝓuidere mulieri-
bus. ne instrumẽtis cõfectis sup donatione pro-
pter nuptias perditis mulier nõ valeat cõseq do-
nationẽ propter nuptias. patet enim ibi ex. §. se-
quen. vnde ibi ꝓbat matrimoniũ quo ad hoc vt
posset cõsequi donationem soluto matrimonio e
seu ad aliũ effectũ dum agitur de ipsa donatione
si enim ibi ageretur ꝑncipaliter de matrimonio
imperator nõ cõsuluisset mulieribus vt facerent
insinuari instrumenta donationis: sed potius vt
facerent recipi testes qui interfuerunt ad ꝑpetuã
rei memoriã: vt in. c. significauit. ⁊ in. c. albericus.
7 de testibus. ¶ †Tertiũ intellectũ sensit idẽ Inn.
qui dicit hoc esse notandũ diligẽter ꝙ si aliqs pe-
tit aliquã in vxorem ⁊ ꝓbatur ꝙ per. x. annos si-
mul cohabitauerunt ⁊ fama vicinie habet qd eã
tenuit vt vxorẽ obtinebit. nulla eñ eque ꝓbatio
est ita bona in his sicut fama vicinie. et hoc dicit
fortius ꝓcedere si agatur possessorio ad restitutio-
nem possessionis vxoris. vult eñ in effectu ꝙ tã
respectu possessorij ꝙ petitorij sufficiat probare
duo. s. cohabitationẽ per decenniũ ⁊ famam vici-
nie qd eã tenebat vt vxorẽ. ⁊ per idẽtitatẽ ratio-
d nis. idẽ puto dicẽdũ in matrimonio spirituali
qd si diu quis stetit in aliqua ecclesia vt clericus vel
vt rector: ⁊ ꝓbat per famã vicinie ꝙ ita sit ꝙ nõ
solũ iudicabit ꝓ eo in possessorio s3 etiã in peti-
torio. arg. d. c. eo. q2 verisimile. Et si 3trium diceret
sequeret magna absurditas ꝙ oporteret semper
quoscũq3 habere paratas ꝓbationes de sua cano-
nica institutione. sed ab hoc intellectu recedit fi-
naliter Inno. dicens hanc absurditatẽ admittẽ-
dam ne sequat maior absurditas. nã sequeret sm
predicta ꝙ si quis ꝓbaret se domũ vel possessio-
nem aliquã tanꝙ suam aliquãto tempore posse-
disse: ⁊ super hoc haberet famã vicinie obtineret
etiã in petitorio: quod cõstat omnino falsum esse d
sm eum cum habet necesse legitimum titulũ pro-
bare atq3 dominium. l. in rem. ff. de rei vendica. ⁊
C. eo. l. fina. quare concludit qd petenti ecclesiam
vel mulierem non sufficit probare possessionem
vel administrationem etiam cũ fama vicinie nisi
⁊ aliud probet. alioquin is qui impetitur absol-
uetur. C. de proba. actor. Hostiẽ. circa hoc multũ
instat ⁊ conclusio sua est quod hoc vltimũ dictũ
Inno. ꝓcedere potest in domo possessione ⁊ hu-
iusmodi rebus prophanis: sed in ecclesia ⁊ vxore
procedat primũ dictum. Ratio diuersitatis pos-
set reddi sm eum: quia in rebus priuatis iudices
⁊ superiores non solent inquirere quale ius ha-
beant in illis possessores. imo quandoq3 propriũ
domini negligũt. sed in ecclesia ⁊ vxore aliud est.
nam iudices ecclesiastici solẽt de eis ex officio in-
quirere: nec cõsanguinei solẽt pati vt eorũ cõsan-
guinea teneatur vt concubina saltẽ a pari vel in-
feriori. arg. de re iudi. cõsanguinei. nec subditi so-
lent ei qui non habet titulum libenter obedire.
ideoq3 dicit ꝙ ex sola possessiõe temporaliũ pos-
sessionum etiã cũ fama vicinie non potest ita pre-
sumi pro possessore sicut in ecclia ⁊ vxore. in illis
nẽpe verisimile est ꝙ si quis ecclesiã vt rector vel
mulierẽ vt maritus longo tẽpore tenuerit in ea
ius habet. dicit tandẽ in talibus distinguendum
vtrum factum sit oino recens satis ⁊ in hoc casu
habent locũ dicta Innoc. ⁊ ꝙ statim dicã sm eũ
vel sit antiquũ nimis ⁊ ꝓcedit dictũ Host. s. re-
citatum. qd autẽ in hoc casu dicatur satis recens
vel antiquũ arbitrio boni iudicis sm varias cir-
cunstantias dicit relinquendum. arg. in. c. de cau-
sis. de offi. deleg. ⁊ remittit ad id qd de tribus et
x. annis no. in. l. si filius. in. i. gl. C. de peti. her. dicit
tñ ꝙ ꝗuis ꝑsumat pro illo q diu ecclesiã possedit
si tñ 3staret de intrusiõe vel alio vitioso ingressu
oino poterit remoueri. ad hoc qd legi. ⁊ not. in. c.
dilecto.

in. l. si vxor. §. si in-
ca. ff. de adul.
⁊ Sebastia. Sapia.
a ¶ Solũ instrm̃.
Vide Ro. in sin.
cccclvi. inci. nun-
quid ꝑ instrm̃ do-
tis. Bald. in. l. ad
ꝓbationẽ. colũ. ij.
vers. qro instrm̃. C.
de loca. in autẽ. si
qs in aliquo. col.
ij. vers. iuxta hoc
qro. C. de edẽ. et in
rubr. C. de ꝑuileg.
do. in vlt. co. Ias.
in ꝑlu. seu. col. vij.
vers. ad cõtraria.
b ¶ Matrimonium.
An ꝑ instrm̃ do-
tis vel do. ꝓpter
nup. ꝓbet matri-
moniũ. adde bal.
in. l. i. in pen. co. C.
de ꝑuil. do. bal. in
l. neq3. C. de nupt.
Ludo. ro. in. l. i. in
ꝑn. ff. de oper. no.
nũ. Bar. ⁊ Sali. in
d. autẽ. si quis. C.
de eden.
¶ Adde ro. sing. c
suis. fo. xiij.
Anto. Franc.
¶ An ꝑ instrm̃
dotis vel donatio-
nis ꝓpt nuptias
ꝓbet mr̃imonium
dicas ꝙ illud per
talia instra nõ ꝓ-
bat neq3 presumit
quo ad vinculum
matrimoniale. l. do-
nationes in cõcu-
binam. ⁊ ibi Dy.
no. ff. de do. et bal.
in. c. i. in. §. natura
les. in. ij. colum. si
de feu. fue. 3tro. et
plene ꝑ Alex. in. l.
si vxor. l. §. s3 si ca.
ff. de adul. ⁊ Bar.
in. q. incip. quidã
hns filiũ. etiam t3
Pet. de anch. in
cle. i. de ꝓba. ⁊ Io.
an. in. c. ex tenore.
q fil. sint le. ⁊ bal.
in. l. filium diffini-
mus. de his q sũt
sui vel alie. iur. et
in. l. ij. C. de fer. in
xix. col. ⁊ l. l. ij. ad
ff. de exe. rei iu. qd
tñ intellige verum
nisi quo ad repe-
titionẽ dotis date:
vt i aut. vt fra. ff.
in ꝑn. ⁊ ꝑ Bal. in
l. ab executiõe. C.
quorũ ap. nõ reci.
⁊ ꝑ Bal. in addi.
Spec. in tit. de in-
imeg. resti. in ver.
ꝑ instrm̃. item hoc
verum nisi quo ad
filiationẽ proban-
dam: vt ꝑ Flo. de
sctõ pe. in. l. ⁊ ha-

rũ. l. §. si queri. ff.
si ser. ven. vbi alle.
dictũ tex. in aut. vt
fra. fil. in ꝑn. et ibi
ꝫ dicit se credere
ꝙ ꝓbet ꝑ talia in-
stra quo ad ipsos
3hentes ꝑ ea q ha-
bent in. l. optimã.
C. de cõtrahẽ. ⁊ cõ.
stipu.
¶ Limitatio. no-
ta ad intel. limita-
tionẽ. l. optimã. ꝙ
si in instro aliquid
enũtiatiue ꝑferat
qd sit de substãtia
⁊ validitate illius
actus tale instrm̃
ꝓbat inter easdẽ ꝑ-
sonas in istis ter-
minis ꝓprie ꝓce-
dit regula. d. l. op-
timã. quãtum aũt
ad alia nõ ꝓbaret
etiã inter easdẽ ꝑso-
nas. Et hãc limi-
tationẽ seu decla-
rationẽ do. Anto.
ad. d. l. optimã. re-
fert ⁊ multũ no. d.
mathe. in no. lxx.
Et eis adde Ang.
idẽ dicẽtẽ in. l. iuris
gẽtiũ. §. qd fere. ff.
de pac. d. alex. l. 3si.
cxxxvi. lcip. viso et
examiato ꝓcessu. ⁊
xij. col. ad fi. cũ se.
¶ Adde quod vo-
luit Ro. sin. suis.
fo. xvi. ⁊ cõsil. lxij.
¶ Spũali. Vtrũ
ille q diu fuit in pos-
sessiõe pacifica bñ-
ficij haberi debeat
ꝓ plato siue agat
petitorio siue pos-
sessorio vide qd de
hoc no. do. Ant. ⁊
ibi notam in. c. ex
frequẽtibus. de in-
sti. et qd no. d. ant.
in. c. ex insinuatio-
ne. ⁊ qd ibi not. de
ꝓcu. ⁊ facit ad hoc
ꝙ ipse not. in. c. al-
bericus. in. vi. col.
post Hos. ibi. ⁊ qd
ibi late not. de rel.
vide Do. in. c. sin-
dex. de sen. exco.

8 dilecto.de preben.¶ †In alia parte tex.dicit Hosti.quod
a fama cum his duob[9] q in eodē parapside vel incisorio secū comedit.sicut vxorē induit:ad ecclesiā mittit:in lecto suo recipit:matrimoniū p̄sumptum inducunt.qn̄ vero tenet illam vt ancillā:vestit vilibus vestibus: mittit ad aquā. lectū habet separatū ad quē declinat qn̄ placet nō ipsa vero ad suum venit tūc p̄sumit stuprum.xxx.q.v.aliter.⁊ fm̄ hoc dicit q magis qd ponitur in text.stat cōparatiue:cū enī in his multum operetur fama.s.c.pxi.vult hic tex.cū magis.i.pre ceteris considerandā quasi dicat fm̄ eum euidentior est hec pbatio q̄ pbatio instrumēti q̄uis et illud coadiuuet: vt in fine. et videt Hosti.velle p̄dicta pcedere etiā in facto recenti: sed maxime dicit pcedere in facto antiquo.¶ Ex his dictis ego colligo quartū intellectū.q fama vicinie super matrimonio cū predictis adminiculis pbat matrimoniū.qd antē hic dicitur de instrumēto nō esse necessariū.q2 ponderat tanq̄ adminiculās vnde sufficiunt adminicula alia predicta loco huius.⁊ sic declarat Hugo quartum intellectū do. Anto.dicit q si pbant hec copulatiue:scz q eā tractauit in actibus particularibus vt vxorē:⁊ q hoc habeat cōis opinio et fama vicinie indubitanter procedit dictū Hosti. sed litera ista pbat plus fm̄ eum: videlicet q si sola fama viciniae habet hoc q eā tractauerat vt vxorem in particularibus proportionalibus vxori q ɔcludit matrimoniū p̄sumptū qd dicit nota. et hoc dicit satis pcedere qn̄ tractat[9] fuit longi tēporis vt decēnij vt pbat litera.⁊ sic dicit hic casum in quo fama obtinet locū plene pbationis: q2 probat tractatum in particularibus ad matrimoniū ⁊ tractatus probat matrimonium.hec sunt verba sua formalia. ¶ Ex quibus potest elici quintus intellectus: sed profecto hic intellectus nullo modo est verus si intelligit q sola fama etiā de particularibus actibus proportionalibus matrimonio pbat ip̄m matrimoniū vt v̄ba sua sonare vident: nā vt.s.dixi tex.requirit famā pre ceteris: non autē q sola fama probet: vt ipsemet dñs Anto.videt velle hic in alio mēbro.bene aūt pbat hec litera q fama pre ceteris valet:nō solū qñ est de matrimonio sed etiā si est de actibus particularibus proportionalibus matrimonio: requirunt tñ alia adminicula ⁊ hec erant de quibus.s. ⁊ sic habes dicta aliorū ordinata que hic confuse per alios recitantur. Ego dico sic q aut querit nunquid sola noiatio.i. q noiabant se coniuges pbet matrimoniū:⁊ dico q non siue noiatio sit facta in instr̄o vt hic inducendo:vt.s.siue sit facta ore pprio: q2 sepe fornicatores siue adulteri ad palliādū delictū appellant se coniuges:vt no.Inno.in.c.ex parte. de restitu. spo.⁊ videt probari in.l.nō nudis.⁊ in.l.non epistolis.C.de pba.Aut querit nunqd sola cohabitatio sufficiat : et dicendum etiā q non.vt hic ⁊ in.d.c.aliter.xxx.q.v. Aut queritur de instr̄o cōfecto sup dote vel donatione pp̄ter nuptias.⁊ dicendū q plene non probat vt hic.⁊.s.plene dixi. Idē dicendum de sola fama: q2 illa regulariter non pbat ea que sunt grauis preiudicij:vt.s.dixi.⁊ plene in.c.veniens.i.s. de testi. qd probat hic inducēdo.vt.s.Aut pbat fama vicinie ⁊ tractatus matrimoniales.s.q eā tenebat ⁊ tractabat in oīb[9] vt vxorē.Hosti.et do. Ant.dicunt hoc sufficere. qnimo dñs Antn.videt hoc pro indubitato habere:vt patet ex p̄dictis. Ego puto ista sola nō sufficere in facto recēti: q2 fama plene nō pbat. Alia vero adminicula cōcernūt poti[9] possessionē q̄ p̄prietatē:⁊ matrimoniū debet vere pbari cū nō sit verisimile q fuerit clandestinū.facit.c.ex trāsmissa.⁊.c.ex parte. de resti.spol.nec iste pbationes fame et tractatus admittuntur in facto pprio: q2 pbationes debent esse clare ex quo factum sui natura est pbabile:vt not.Innoc.in.c. veniens. de verb. sig.lib.vi.facit.c.in presentia.de proba.nā ⁊ dominiū rei probane vbi nō agit de tanto p̄iudicio non pbat per famaz et huiusmodi actus:vt dixi post do.de ro.in.c.cū ad sedem. de resti.spol.⁊ sequit ibi do. Ant.fortius non debet sufficere in casu nostro vbi agit de maximo p̄iudicio.arg.c. vbi periculum.de elec.lib.vi.Non ob.iste tex.q2 vltra famā hic erat diutina cohabitatio scz.x.annorū: ⁊ instrumētū donationis pp̄ter nuptias et annuli delatio.Et q̄q̄ mulier niteretur has presumptiones infringere:nō tñ pbauit. ⁊ idē puto et forti[9] in matrimonio spirituali vt illa duo sola nō sufficiāt presertim cū fama facile oriat ex possessione.⁊ p̄lati hodie sunt multū negligētes ad inquirendū.⁊ sic sto cū Inno. nisi alia adminicula ɔcurrāt.Vñ dico ponendo verū intellectū huius capituli: qd solū pbat q diutina cohabitatio puta.x.annorum cū fama nō solū de matrimonio sed etiā de tractatibus
b matrimonialibus[b] vna cū aliīs adminiculis plene pbat matrimoniū:nec curo an concurrat instrumētū dotale vel non: q2 hic ponderat tanq̄ adminiculans nec multum cōsiderat:

vt patet in tex.in ver.p̄sertim.⁊ sic idē dico si esset instrumentū ⁊ succedat aliud adminiculū.arg.in.c. cū causam. de pba. et per hoc puto q si probatur diutina cohabitatio et fama de matrimonio ac per testes pbant actus particulares matrimonij:puta q2 eam in lecto: tabula seu mēsa: et aliīs cōmunibus tractabat vt vxorē: qd satis pbet matrimoniū absq̄ aliīs adminiculis.⁊ sic probatio actuum particularium succedat loco instrumēti de quo hic. nā hic nō probabātur vere illi actus particulares sed solū per famā: merito ponderatur etiam adminiculū instrumenti.⁊ idē dicendum in similibus adminiculis.⁊ per hoc habes clarum intellectū hui[9] capli.
9 ¶ †Sed circa p̄dicta quero. qd si quis petit aliquaz in vxorem ⁊ nihil probat de fama sed solū per duos vel tres testes probat q vir cū muliere iacuit ⁊ fecit volens vel intendens querere ⁊ conseruare possessionē iuris vel vinculi matrimonialis:⁊ mulier hoc idē sciebat ⁊ intendebat q vir. Inno.dicit q inter tales iudicabit matrimoniū.⁊ si spoliatio interuenerit est restitutio fienda.⁊ q̄q̄ Jano.hoc dixerit sub dubio
a forte.Hosti.tñ oino putat hoc sufficere quo ad probationez veritatis matrimonij dūmodo habeāt intētionem ipsam et expresserint coram testibus: al's non prodesset voluntas mēte retenta.l.si repetēdi.C.de condi.ob causam. nec testes possent super ea deponere : q2 non possunt diuinare in.c.vt nostrum.vt eccl.benefi.nec possunt deponere nisi de his que in eorum presentia gesta sunt.iij.q.ix.testes.¶ Ex his infert.q matrimonium pōt contrahi sine verbis etiam inter eos qui fari possunt.et ex illa questione dependet ista. ideo de hac remitto te ad ea q notant in.c.tue.de spons. ¶ Opp.veniendo
b ad glo.et videt q huic mulieri cōpetebat alia exceptio vltra enumeratas in text.vcz q vir erat seruus:vt in.c.proposuit. de coniug.seruo.Sol.contrarium procederet si ignorāter habitasset cum eo:sed hic sciebat illuz esse seruum. ⁊ sic non ob. contrariū:vt in.c.proposuit.⁊ in.c.si.eo.titu. ⁊ hoc voluit in
10 effectu glo.i.¶ †Oppo.secundo contra tex.⁊ videt q iste seruus non poterat istam mulierē vendicare : q2 rei vendicatio competit domino rei ratione dominij.l. in rem.ff. de rei ven. sed maritus non habet dominiū in vxorē: tū q2 est libera: tū q2 dicitur socia humane ⁊ diuine domus.ff. de ritu nup.l.i.⁊ not.glo.xxvij.q.ij.in princi.facit.xxxiij.qd.v.c.si. Sol. glo.ij. metu contrarij vt arbitror exponit ver.vendicans.i.eam petijt in suam vxorem quasi sentiat quod non proprie vendicabat. Innoc.capit illud verbum proprie dicens.quod mari-
c tus vendicat vxorez non proprie simpliciter sed adiecta causa de iure canonico sicut filius petitur per rei vendicationez adiecta causa de iure quiritum.i.romanorum . Aduerte respectu filij.vide glo.satis plenaz in.c.ij.de conuer. infide.respectu vxoris.vide Joan.and.in addi. Specu.super tit.qui filij sint legi.vbi post Rosfr.dicit quod mulier non est in potestate viri iure romano:sz in officio.vt.l.assiduis.C.qui potio.in pig.habē.⁊ sic non vendicat eam proprie: sed agit interdicto de vxore exhibenda si ab alio detinet:vel p vtile interdictū de libero hoīe exhibēdo si ab alio non detinet.si aūt sui ɔtrouersiam vxor facit petitur officio iudicis.C. de insti-tu.⁊ substitu.l.reprehendenda.dicit etiā ibi Joā.and. quod officiū iudicis super reintegratione possessionis matrimonij potest implorari etiā in foro seculari dūmodo non disputetur de titulo matrimoniali seu de substantia vinculi:quod idē est.in omni tñ casu pōt agi corā iudice ecclesiastico: vt in c.non est.s.de sponsa.Si aūt vxor esset in potestate viri vt est iure lombardorum bñ posset vendicari:fm euz.et sic cum eo transit simpliciter do.Ant.Vide vt clarius habeas hāc materiā.rei vēdicatio pp̄rie nō cōpetit nisi ei q acqsiuit dñium de iure gentiū aut iure ciui.vt dicit tex.in.d.l.in rem.in p̄nci. ff.de rei vend.vnde liberas personas p hāc actionē vendicare non possumus: lz sint in potestate nostra nisi adiecta causa illius iuris quo sunt in potestate nostra.nā per adiectionē illius cause restriagit vendicatio vt non denotet simpliciter dñium sed potestatē cōpetētez iure expresso:vnde pōt pater vendicare filiū adiecto iure romanorū: q2 illo iure fuit introducta patria potestas.insti.de pat.pote.§.ius.Eodē modo pōt abbas vendicare monachū suū:et p̄latus clericum suuz adiecta cā de iure canonico:sicut ciuitas vendicat ciuē suum adiecta cā de iure ciuili.s.de iure.ff.ad mun.⁊ sic de similib[9]. hoc legi.⁊ not.in.l.i.§.per hāc.ff.de rei ven.Ad propositum ergo inferendo:si vxor esset in potestate mariti aliquo iure: tunc posset vēdicari adiecta causa illius iuris.De iure autez ciuili non est in potestate mariti sed sui patris. si vxor nō est
c emancipata:nisi quo ad debitū carnis[c] et quo ad operandūz q2 operat ad lucrū mariti:vt est text.cum glo.in.l.si vxorem. C.de condi.insert.⁊.l.sicut patronus.ff.de oper.libe.⁊ vide de

Sebasti. Sapia.
a ¶ Ob famā. Ex quibus actibus pbet mr̄imoniū. tradit bal. in.c.ex transmissa. in. ij. col.ū.de resti.spo. ⁊ in.c.ego eth.i.ij. col.j. de iureiur.

Sebasti. Sapia.
b ¶ Matrimonialibus. Facit q ex diuturnitate temporis p̄sumant legitime solennitates vt late tradit Jas.in.l.i.col.vij. C.q admit.et in.l. q in aliena. in p̄inci.ff. de acq. here. ⁊ in.l.sciendū.col. v.ff.de verb.obli.

Sebasti. Sapia.
c ¶ Debitum carnis. Vide Alexā. in cōsi. xlij.⁊ in cōsi.cxxxi.in.iiij.vo. lu. vbi ponit quomodo et in quib[9] teneat operari: et nunqd si aliquid acqrit: acqrit patri.vide etiā Jas. in.l.i.colū.j. C. de lega.

hoc quod latius dixi in.c.literas.de restit.spo. De iure etiã
canonico nõ reperit in potestate mariti.imo quo ad debitũ
carnis nõ iudicant ad imparia: vt in.c.gaudemus.de diuor.
Item vxor potest petere maritum sibi adiudicari: vt legi.et
not.in.c.i.de ord.cog. et vterq possidet ab alio ita q est reci-
proca possessio inter eos: vt in.c.ex trãsmissa.et.c.literas.de
restit.spo. Sed cõsidero q licet vtroq iure nõ reperiatur vxor
in potestate mariti sicut filius in potestate patris: tñ ex qua
dam larga potestate et ratione seruitij vxor est sub potestate
mariti de iure diuino et canonico.nã vt habet Gen.iij.c.de
dixit ad mulierẽ post peccatũ. In dolore paries filios et sub
viri potestate eris. Et in canone dicit. Mulier nõ habet po
testatẽ sui corporis sed maritus.nec maritus habet potesta
tem sui corporis sed vxor.et originaliter sunt verba apostoli
vt in.c.non debet.de consan.et affi.et est text.in.c.diuersis.de
coha.cle.et mu.et alibi dicit q vxor est sub dominio viri: et pe
ne eius famula: vt in.c.hec imago.et.c.mulierem.xxxiij.q.v.
ad idẽ.c.literas.et qd ibi no.de restit.spol.quare rõne huius
subiectionis et seruitij puto firmiter maritũ posse vendicare
vxorem adiecta cã de iure diuino et canonico: sicut ciuitas ra
tione seruitiorum vendicat suum ciuem et dñs vendicat colo
num et ascriptitium: vt no.in.l.i.preallega. nam magis vide-
tur astricta vxor marito et fortiori vinculo q ciuis ciuitati.et
idem puto dicendũ in vxore respectu mariti vt possit illum
vendicare eodẽ modo.nam tenet vxor assistere marito et eũ
alimẽtare et mutuo sibi seruire. Unde dicit deus vt habetur
Gen.ij.c. Propter hoc homo relinquet patrẽ et matrẽ et ad
herebit vxori sue et erunt duo in carne vna. et transumptiue
habet in.c.i.xxv.q.x.et in.c.vno.de voto.lib.vi. et in euange.
dixit saluator.non licet viro dimittere vxorẽ suã quacũq de
causa excepta fornicatione.et transumptiue habet in.c.si.de
cõiug.lepro. Si ergo eã dimittit et sibi nõ adheret iuxta pre-
ceptum diuinum et canonicũ poterit eã vendicare adiecta cã
de iure diuino et canonico.et pro hoc dictum.c.nõ debet.vbi
dicitur q vir nõ habet potestatẽ sui corporis sed vxor. et fa-
cit.c.omnes causationes.xxxij.q.vij. alibi dicit q apostoli
coniugij sarcinam cõsiderantes dixerunt si talis est causa viri
ad vxorem iam non expedit nubere. Itẽ videmus q vterq
agit possessorio et petitorio contra reliquũ: vt hic.et in.d.c.i.
de ordi.cogni.et in.c.literas.et.c.ex conquestione. de rest.spo.
et p hoc saluo hunc tex.et similes. in quib' dicitur quod ma-
ritus vendicat vxorẽ et econtra.quod diligenter nota. qr ne-
mo ista aperit. Et aduertendum quod licet possit eam ven-
dicare: non tamen per hoc non cessant alia remedia vt inter-
dictum de vxore exhibenda vel iudicis officiũ sicut diximus
in patre respectu filij: vt.d.l.i. possunt enim multa remedia
simul concurrere.l.quoties.ff.de actio. et obliga.et quod not.
Innoc.in.c.audiuimus.de collusio.et hoc iudicis officiũ est
fm ius: non autem extraordinarium contra ius sicut illud
per quod petitur restitutio in integrum. quod nõ potest cõ
currere regulariter cum remedio ordinario: vt in.l.in cause
ff.de minorib.et sic soluitur contrarium illius legis. vt not.
glo.et Bar.in.d.l.i.quod not. Item in simili vult Jo.and.
in.c.non solum.de appell.lib.vi.et interdictum proprie non
competit nisi quando ab alio detinetur: qr interdictum da-
tur inter duos: videlicet inter agentem et eum qui detinet vt
eam exhibeat officium iudicis quando a nemine detinetur.
nam non potest hoc casu proprie agi interdicto de vxore ex-
hibenda: qr non est ad quem dirigatur. poterit etiam agi rei
vendicatiõe: vt dixi: vt hic.et.d.c.i.de ordi.cogni. Et per hoc
habes satis bene materiam declaratam maxime tu canoni-
sta. Et nota ex preallegato dicto Jo.an.quod de re spiritua
li: vt est matrimonium potest agi possessorio corã iudice se
culari aduersus laicum ex quo non negatur matrimonium.
vide quod dixi in.c.cum sit generale.de foro competenti. et.c.
literas.de iura.calum. Alie glos.sunt.s.expedite vsq ad glo.
que est in versi.dominus. Illa colligit aliquos casus in qui-
bus dominus fraudatur seruo.sed per hoc non declarat tex.
in eo quod dicit mulierem allegasse instrumentum vitiosum
11 vt seruo dominus fraudaretur. ¶ † Quero igitur in quo
dominus fraudatur ex matrimonio contracto per seruum
cum text.in.c.i.de coniug.ser.dicat quod nihilominus serui
teneantur dominis ad debita seruitia. dicit Goffre.et Ala.
quod forte in instrumento dicebatur quod dominus consen
serat.dic clarius quod dominus fraudatur seruo in multis
casibus inter ceteros est iste quod si dominus constituit do-
tem vel donationem propter nuptias ancille vel serui vide
tur ei conferre libertatem. vt.l.i.C.de ser.fugi.et in.l.i.§.sed et
si quis homini.C.de lati.lib.tol.quia hec non fiunt nisi inter
liberos.et forte idem dicẽdum qñ dñi sunt presentes et tacẽt

Sebasti. Sapia.

a ¶ Quõ vir. Uide Jas. in preludijs feudorum. col.vij.v. ad contraria.

b ¶ Deferebat annulum. Adde an anuli traditio probet matrimonium et an verba requirantur. Lap.alle.lvij.

arg.c.si seruus sciente.liiij.dist. Ad idem qd habet in aut.de
nup.§.si vero ab initio.vbi dicit q si dñs tradit ancillã vl ser
uum matrimonio vt liberã seu liberũ: qr nullã mẽtionem fe
cit de seruitute ex: psi seruos seu serua de seruitute. Dicebat
ergo mulier istud instrm ad hoc fraudulẽtum: qr forte frau-
dulẽter fiebat in eo mẽtio de cõsensu dñi: vt sic consequeret li
bertatẽ: sed hoc nõ probauit. Ex his habes declaratos duos
casus positos in hac glos. Alius est in.c.ij.de cõiu. ser.dic vt
ibi. Quartus est in aut.q̃ cõsti.lib.a pat. pote. circa prĩci. vbi
dr q si presente dño fui' cõsequit militiã vl aliã dignitatem ab
imperio cõsequit libertatẽ. Sũt et alij casus extra glos.quos
12 nõ expedit psequi. ¶ † Quero qr hic ponderat delatio an-
nuli qd significat ipsi' delatio. Glo.in ver.anulos. videt vt
a ptz in ea. Tu aduerte qr quãq probat q vir' dedit annulũ mu-
lieri.quãq q mulier portabat annulũ.primo casu dicendum
vt plene leg.et not.in si.de despon.impu.et vide ho.glo.in.c.te.
not.de re iudic.et in.c.nostrates.xxx.q.v. et in hoc varie sunt
opi.et in hoc credo q stãdũ sit cõsuetudini.nam in aliquibus
partib' dat tpe spõsalior.et tunc in dubio significabat spõsa
lia: in alijs dat tpe matrimonij: et tunc significabit matrimo-
niũ.hec enim signa dubia declarant a loci consuetudine.arg.in
l.qd si nolit.§.qui assidua.ff.de edi.edi.et in.l.si seruus plurib.
de leg.i.et in.c.ex literis.de spõ.et in.l.nemo est q nesciat. et qd
ibi not.ff.de duo.re.et sic intellige gl.i.c.femine.xxx.q.v. Aut
nõ apparet de cõsuetudine.et hoc dupliciter. Quãq enim nõ ap
paret de cõsuetudine.q.d.vario mõ obseruatum est in loco: et
tunc precise non probat matrimoniũ vel spõsalia: qr probatio est
dubia vt hic.et in.c.in presentia.de pba. Quãq nil pbat de con-
suetudine: et tũc aut annulus fuit simpliciter datus mulieri et
presumit donatio.arg.l.i.q spõse.ff.de dona.ante nup. Aut
vir posuit mulieri in digito et psumit matrimoniũ.hec enim vi
detur psumptio iuris: vt in.d.c.femine. vbi dicitur q annu-
lus ponit in digito mulieris ad designãdũ q corũ corda iũ-
guntur. et c.qd non fit p spõsalia.nã cõiunctio cordiũ designat
consensum de presenti.et in hoc casu intelligo glo.in.c.tenor. de
re iudi.hec vera nisi alie cõiecture sint in oppositũ. nã iuris
presumptio faciliter tollit p cõiecturas: vt legi.et no.l.c.requi
siti.de testa.maxime iũcta glo.in ver.psumit. et iste non est ca
sus noster: qr hic nõ probabat q vir iste imposuisset annulum
mulieri: sed qd dicebat mulier deferebat annulum et sic frus
13 stra in hoc glo.posuit illã cõsideratiõnẽ. ¶ † Uenio ad secũ
b dũ principale mẽbrũ.s.qñ solũ pbat q mulier deferebat' an
nulum.et iste est pprius casus noster in quo puto dicendum
q aut sole mulieres coniugate deferunt annulos: ita q alijs
nõ pmittit: et tunc si mulier cohabitãs viro portat annulum
tũc satis in dubio psumit matrimoniũ. qr aut vir imposuit
sibi: et habeo ppositũ p supradicta. Aut mulier assumpsit ex
se viro vidente et non cõdicente: et psumit q voluerunt contra
here matrimoniũ sicut dicimus in nouitijs q ingerit se acti-
bus pfessorũ. ex hoc enim vr pñteri et inducit professio taci
ta. vt in.c.vidua.de reg.et no.in.c.ij.de testa. ad idẽ.c.dilecto.
et qd ibi not.de prob.et in.c.cũ. M.ferrarien.de cõsti.pdicta pce
dunt nisi alie cõiecture resistant: vt.s. dixi.arg.c.lras.j. eodẽ.
Aut nõ pbat q sole cõiugate deferũt et facit tale quale indi-
cium sed non probabit matrimoniũ: qr cõiter delatio anuli
equiuocat ad plura.nã quãq designat matrimoniũ: vt in.c.fe
mine.quãq est signũ venditionis panis vt hic. quãdoq est si
gnum dignitatis aut etiã leuitatis: vt in.c.clerici.de vita et
hone.cle.quãq designat inuestiturã: vt in.c.ex ore. de his q̃ fi.
a ma.par.cap.quãq est signũ libertatis.vt in.l.ij.C.de iu.an.
anu.et sic nõ pbat precise alterũ qr nõ pbat hoc esse qd ab hoc
cõtingit abesse in.c.ij.de trãs.pla.et in.l.neq natales.C.de p-
14 ba. ¶ † Ulti.opp.videt enim q sola cohabitatio sufficiat ad
probationẽ matrimonij: vt in.l.in libere.ff.de ritu nup. Sol-
uit gl.in v.vxorẽ.q illud pcedit de iure ciuili.secus de iure ca
nonico.vt hic.et.d.c.aliter. Uin.dicit q etiã de iure ciuili nõ
pbat hodie matrimoniũ p solã cohabitationẽ: vt in aut.q.
mo.na.effi.le.§.qui.col.vi.vbi dr q pbari dz q cohabitaue-
rũt vt vir et vxor.et p illã aut.dicit corrigi.l.in libere. palle.et
quicquid sit in hoc stãdũ est iuri canonico in.c.pe.et vlt.et qd
ibi no.j.de secũ.nup.alie gl.sunt.s.declarate.

1 ¶ Testimoniũ de credulitate valet in actib' ppinqs rei
probãde ex his q̃ nõ pñt per sensum directe probari.
2 Qñ ex vno facto insurgunt duo delicta que habent se vt spe-
cies separate: de vtroq potest puniri.
3 Separatio matrimonij quo ad thorũ pp̃ter adulterium vel
incestum potest fieri.

Literis. Per violentam presumptionẽ
probat carnis copula: cõis diui
sio.scda ibi: cõsultationi. ¶ Casus lralis. Quidã
Petrus

Sebastia. Sapi.
a ¶ Testimonium. Uide Bar. i. l. ij. ad fi. ff. de adul. cũ all. per do. Ias. in rub. ff. de iureiur. col. ij. vsi. secũdo limita pdictã reg.
b ¶ De credulitate. Utrũ valeat dictũ testis deponẽtis de credulitate. ⁊ vide Bar. in suo cõsi. inci. vãnuti⁹. vbi ponit vnũ bonum casũ in quo valet testimoniũ d credulitate: quẽ refert ⁊ sequit do. 1 Alexã. cõsi. lxxvj. inci. visa inqsitiõe formata ꝯtra fortunatũ ⁊c. ¶ Ad a de qñ valeat testi b moniũ de credulitate. Ang. ꝯsi. iij. Frã. are. ꝯsi. cliij. Anto. Francis. ¶ Circa testes deponẽtes de credulitate: dicas ꝙ deponẽtes de credulitate simpliciter nõ deponũt affirmatiue. vt est gl. quã doc. ibi no. in. l. te 2 stium. C. de testi. ⁊ no. Bal. in. l. siue possidetis. C. de pba. ⁊ Alex. in rub. ff. de iureiu. ⁊ vide Alex. in cõsi. lvi. i ij. parte. et in cõsi. lxx. ⁊ in cõsi. xxv. in. iij. parte cõs. ⁊ eũdẽ in cõsi. clx. in j. parte. et in cons. cxxxij. i ea. parte. ⁊ hoc verũ intellige nisi addat verbũ firmiter: puta qr dicat testis firmiter credo sꝫ Bal. in. l. i. in antiq lec. 3 C. de sal. can. adic. leg. ⁊ habet p eundẽ Bal. i. l. si seruus. i. §. quiqꝫ. ff. de leg. i. ⁊ idẽ dicas si vltra verbũ credo addat testis rationẽ ꝯcludẽtẽ: puta si dicat credo qr vidi vel interfui: ad qd vide Bal. i. l. si. in. x. co. C. d edi. di. adria. tol. et eundẽ i. l. solam. i. v. q. C. de testi. et in. l. ꝯuẽticulam. C. d epi. ⁊ cle. ⁊ i. l. dota opera. c C. q accu. nõ pos. ⁊ vide etiã Alex. in ꝯsi. iij. in. iij. parte cõsi. itẽ dicas illud esse verũ nisi testis deponat qd verisimile quia ꝙ

petrus nomine cõtraxit matrimoniũ cũ. A. muliere petẽs postmodũ separari ab ea quo ad mutuam seruitutẽ pro eo quod postꝙ mulier cum predicto viro cõtraxerat matrimoniũ cõsanguineus ipsius viri eam cognouit. ad hoc pbandũ testes inducti fuerũt qui dicebãt ꝙ viderunt cõsanguineũ illius viri solũ cum sola nudum cum nuda ea intentione vt credebãt vt eam cognosceret carnaliter. ⁊ hoc viderunt in multis locis secretis ⁊ horis electis. ꝗrebat an ꝓpter has presumptiones deberent separari. Respõdet papa ꝙ ꝓpter hmõi violentam suspicionẽ fornicationis possunt quo ad seruitutem mutuã separi. ita tamen vt vir illa mortua cũ alia cõtrahat si voluerit. mulier vero sine spe coniugij permanebit. Ber. ¶ Nota pmo ꝙ matrimoniũ põt separari quo ad thorũ rõne fornicationis: lꝫ fornicatio nõ probet aperte p testes nec per cõfessionẽ mulieris inculpate. sufficiũt enim violente presum-
1 ptiones. vt hic. ¶ † No. scho iuncta glo. ij. ꝙ vbi actus nõ põt directe pbari p sensum sufficit testes deponere super actib⁹ ꝓpinquis dũ tñ adhiciunt se credere ita esse. ⁊ sic not. casum in quo vꝫ
a testimoniũ de credulitate quãdo. s. est cõiunctũ
b actibus ꝓpinquis rei pbande. ⁊ vide circa hoc qd dixi in. c. quoties. š. de testi. ¶ Et no. ꝙ ad pbandã fornicationẽ nõ est necesse deponere qd viderũt testes ⁊ virum ⁊ mulierẽ simul cõmiscẽtes sed satis est deponere super nuditate et solicitudine loci. ¶ No. ꝙ suspicio seu psumptio violenta sufficit ad ferendã sniam etiã si agitur de crimine ciuiliter. ⁊ vide in hoc qd plenı⁹ dixi in. c. tertio loco. de pba. ⁊ no. ꝙ suspicio sumit quandoqꝫ p psumptione. vide qd dixi in. c. ꝓ illo. š. eo. ¶ No. ꝙ sufficit dictũ testis cõcludere psumptiue qñ psumptio est violẽta ⁊ iuridica. ad hoc qd
2 no. Bar. in. l. i. ff. si cer. peta. ¶ † Itẽ no. ꝙ vbi ex eodẽ facto insurgũt duo delicta que habẽt seu species separare põt quis de vtroqꝫ puniri. nam ꝓpter adulteriũ separat hic matrimoniũ quo ad thorũ. ⁊ ꝓpter crimẽ incestus priuat mulier facultate contrahendi matrimonium. ad hoc. l. si adulteriũ cũ incestu. ff. de adul. vid plene p Bar. in. l. senatus. ff. de accu. ⁊ p Jo. an. in addi. Spec. de homi. post princi. ⁊ sic limita glo. in. c. virginibus. xxvij. q. i. ¶ Et ex hoc ⁊ ex tex. no. ꝙ incestuosa priuat spe cõtrahẽdi matrimoniũ etiã si actum fuerit ciuiliter et nota. hoc vltimũ. videtur enim quod ista sit ipso iure pena delicti qualitercunqꝫ de eo cõstat. argumen. hic in. c. si quis sponsam. xxvij. q. i. ¶ Opponit et videtur qd ꝓpter incestum vel aliud quodcũqꝫ delictum non separetur matrimoniũ iam cõtractum maxime carnali copula cõsummatum. vt in. c. hi qui vxores. et in. c.
3 hi qui matrimonium. xxxij. q. vij. ¶ † Glossa prima metu cõtrarij dicit quod hic petebatur separari quo ad thorũ: et sic videt ꝙ hic agebat ciuiliter. quod probat litera dum dicit ꝙ petebat separari ⁊c. Ex quo dicendum ꝙ verbũ accusatores in litera positũ stat improprie vnde expone sm Jo. an. idest procuratores mariti ⁊ prosecutores accusationis iam facte ab ipso ciuiliter: alias ꝓcuratores non potuissent interuenire. in. c. tue. de procu. ⁊. c. veniẽs. de accu. nec etiã potuissent nomine proprio accusare mulierẽ ciuiliter ad separationẽ thori solus enim maritus admittitur cuꝫ ipsi⁹ solius intersit. hinc est ꝙ potest sibi parcere ⁊ eam sibi reconciliare. vt in. c. quẽadmodũ. de iureiu. ⁊. xxxij. q. i. si quis vxorem. ⁊. q. v. precepit. tenet Inno. in. c. i. de adul. ⁊ Joã. and. hic alie glos. sunt clare. ¶ Ultra alios quero an pbatio adulterij de qua hic sufficiat si ageret de adulte-
c rio et incestu criminaliter: puto ꝙ sic: ᶜ quia iste psumptiões ex solitudine: nuditate: loco et sexuũ diuersitate sũt ita stricte ⁊ violẽte vt vix ipsa res denegare facin⁹ audeat. ⁊ de his põt intelligi. l. sciant cũcti. C. de pba. canonizata. ij. q. viij. sciãt. ⁊ vid qd dixi in. c. preterea. de testi. ⁊ in. d. c. tertio loco. de proba. ⁊ maxime cum iste actus fornicationis non subiaceat sensui.

1 ¶ Ubi vertitur periculũ anime auditur quis allegans turpitudinem suam.
2 Fama ⁊ notoriũ toti⁹ vicinie pbatur per testes
3 Manifestũ est id quod a pluribus predicatur: de quibus in tex.
4 Nunquid quelibet psumptio de per se de quib⁹ in tex. sufficiat ad probandam fornicationem.
5 An appellatione vxoris veniat illa cum qua cõtractũ est matrimoniũ per verba de psenti: ⁊ non est traducta ad domũ nec carnaliter cognita.

Tertio loco.

Casum summarium pone vt in pcedenti capitulo. primo consultatio. secũdo rñsio. ibi: nos. ¶ Casus [i]s talis. Quidã iuuenis ꝯtraxit cum quadã p verba de psenti. alia mulier neptis pdicte sponse proposuit ex aduerso se prius cognitã ab illo iuuene ꝙ cum illa ꝯtraxisset: ad quod pbandũ testes produxit qui dixerunt se pro certo credere ꝙ illa dicti iuuenis extitit cõcubina: adhiciẽtes ꝙ eos viderãt insimul per plana nemora vias et inuia pluries ꝯuagãtes: ⁊ fama vicinie super hoc erat inde ad maiorẽ certitudinẽ iuramentũ vtriusqꝫ
e nem ponit Bartol. in dicto. §. arbitrorum. vbi distinguit an arbitrator fuerit assumptus super contractu an super lite. Primo casu requiritur excessus seu deceptio saltem in sexta parte totius. hoc nititur probare per dictum. §. arbitrorum. iuncta. l. vnde si nerue. ff. pro socio. vbi dicitur: quod si vni ex sociis adiudicauit vnam partem: alteri duas: potest peti reductio. Si vero fuit assumptus super lite non debet considerari simpliciter lesio respectu quantitatis debite: sed debet etiam ponderari euentus litis et status cause: vt probatur in. l. lucius. ff. ad trebellia. vbi valet transactio in quarta parte debiti. et sic ponderabitur quantitas lesionis habito respectu ad quantitatem cause. et idem firmat in. l. ii. C. de rescinden. vendi. Et ad illam legem que in venditione requirit deceptionem vltra dimidiam iusti precii. respondet. quod loquitur quando quis leditur in taxatione precii facta a se: secus in taxatione facta ab alio: tunc enim sufficit excessus in sexta parte: vt dictum est. s. Et per hoc infert ad notabile dictum sub dubio forte. quod si aliquis est deceptus in aliquo contractu per procuratorem forte in sexta parte quod poterit intentare remedium illius. l. ii. C. de rescinden. vendi. Sed contra procuratorem non potest habere regressum. argumen. predictorum iurium. Francis. de are. transit cum opinione illarum glossa. vt hic refert dominus Antonius qui in hoc articulo dicit sibi videri quod textus. in dicta. l. vnde si nerue. cum sequen. probat de dimidia: quia loquitur quando vni ex sociis assignauit millesimam alii duas millesimas.

f Ego tantorum patrum reuerentia semper salua dico text. in dicta. l. vnde si nerue. cum sequen. non probare nec de sexta parte: vt dicit Bartol. nec de dimidia. vt dicit domin. Anton. Ratio est in promptu. nam ibi fuerunt facte tres millesime: et sic partes tres vni ex sociis adiudicauit millesimam: et sic tertiam partem: alii adiudicauit duas millesimas et sic duas partes: ex quo euidens resultat inequalitas presupposita in sociis paritate. fuit alter deceptus non in dimidia nec in sexta parte debiti: sed solum in tertia parte portionis debite. debebat enim ex tribus millesimis habere

tum. col. ix. de offi. deleg. Alex. in consi. xlix. col. vi. in. iiii. volu. et ad predicta an requiratur absolutio vide. d. Fran. curtium in consi. lxvi. inci. sup premissa. col. xx. et in consi. lxiii. incip. super contingentia in additionibus.

a ¶ Et adde hic quod no. idem Abb. Panor. in sua disputatione inci. stante statuto. in pe. char. et vide do. Ant. hic in. iiii. char. et in. xvii. col. v. quartus casus quando renuntiatio. et vide quod in simili no. Do. in. c. cum contingat. j. e. vide ang. in consi. clxx. et si quis promittit non opponere de iniuria et iniustitia intelligitur de solita quasi iuris ordine seruato non de insolita secundum Ang. in consi. clxxxv.

c-+Sebasti. Sapia.

b ¶ Magna quantitas. Que dicatur magna vel parua quantitas vide rapha. comen. in consi. xvii. incipi. hieronymus. ad si. et in consi. l. in. ii. col. circa medium.

c ¶ Et adde quod no. do. Ant. in. c. prori. in. vii. col. et vide do. Abb. i disputatione sua incipi. stante statuto. in pe. char. in vlti. col. illius char. et de hoc vide Bal. in. c. i. §. inter partes de. l. contra. iusti. seu. vbi alle. Joan. an. in. c. humilis. de maio. et obe. et per Bald. in. l. et inter maiores. C. de appella. et de hoc vide per ru. in repe. rubri. de arbit. in. xiii. col. versi. sed pone. xi. vbi all. Jo. and. in. d. c. humilis. et bal. in. d. c. i. §. inter partes. et Pau. de ca. consi. lxvii. incip. prio et ante omnia. in vltima columna.

c-+Sebasti. Sapia.

d ¶ De dolo. Anquid ex enormi lesione presumatur dolus. vide sing. per Alex. l. i. si superstite. C. de dolo. cuius verba multum commendat. d. Fran. curtius preallegatum. consi. lxvi. col. ante penulti.

e ¶ Adde Pau. de ca. consil. lxx. incip. viso puncto suprascripto et aliis de quibus in eo fit mentio in. ii. col. circa medium.

f c-+Sebasti. Sapia. ¶ Ego. Vide Alex. in. l. si quis arbitratu. in si. ff. de verbo. obl. vbi dicit quod opi. d. Abb. reincidit in opi. Bar. quod an sit verum dixi late in. l. ii. C. de rescind. ven. et vide do. Barbo. vero. in tractatu de simula. contractuum. in. vi. casu principali. colum. xi. versi. quarta opi. vbi infinita ad hoc propositum. et vide etiam ad hec do. And. siculum in. c. penul. col. vi. j. de emptio. et vendi. Alexand. et alios in. l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obliga.

a ¶ Justa causa excusat a pena cõpromissi. adde etiã si nõ sit vera. ita in terminis dicit Jo. an. in addi. Spec. in ti. de arbi. §. fi. in versi. itẽ quid si cõpromissum. & Guido de suza. quẽ simpliciter refert Pan. de ca. i. d. l. iul. ff. de condi. inde. in. vi. col. idẽ tenent Bal. & Ange. in. l. tres fratres. ff. de pactis. & in. d. l. qui cũ tutoribus. in prin. ff. de transac. & in. l. fi. C. de arbi. & l. l. nõ solũ. ff. de rei vend. do. Alex. Jmo. cõsil. clxxiij. inci. oportuit cõsiderato the mate. in. iij. col. ad finẽ facit aut. oẽs. & ibi Bal. C. cõtra. de succes.

→ Sebasti. Sapia.

b ¶ Allegat iniquitatẽ. Vide raph. comẽ. in cõsi. l. incip. stante statuto ciuitatis Vicẽtie. in vlti. col. & dom. Ant. in cõsi. xxiij. in. iiij. col. cũ duabus sequẽtibus & Abb. in cõsi. lxiiij. in. ij. col. in. i. vol. vbi tz q in dubio presumit pro eqtate laudi.

c ¶ Vide de hoc p do. Ant. in. c. qm̃ cõtra. in pe. charta. de proba.

→ Sebasti. Sapia.

d ¶ In casu reductionis. Vide do. Soci. in. l. multa. in. v. col. ff. de cõdi. & demon. vbi tangit an procedat corã iudice reductionis sicut corã arbitratore. vide etiã. d. Ant. in cõsil. l. incip. pacto iudicẽ nditũ. in pri. & per totum.

e ¶ Tu vide lati9 de hoc puncto per eundẽ Bald. in. l. eos. §. cautiõe. C. de appella.

→ Sebasti. Sapia.

f ¶ In arbitro. vide Practi. pap. i forma libelli quo agitur ad penã ex forma cõpromissi in versi. nec reductio. i vlti. colum. Lanfrã. de oria. i tractatu de arbi. i vlt. pte. alex. in cõsi. xv. i vlti. col. in ij. vol. Fel. in. c. ad consultationẽ. ad fi. j. de re iud. Corneũ in cõsi. clxxvij. ad. fi. in. ij. volu. et Soci. i cõsi. cc. cotiij. in. ij. pte. deci. in cõsi. xxix. col. vlti. do. vitalẽ in tractatu clausularũ. char. lxxxiij.

mille & quingẽta: ergo fuit solũ deceptus in quingentis que sunt tertia pars mille & quingentorũ licet esset sexta pars totius quãtitatis: sed nõ potest dicere se in tota illa parte deceptum: quia nõ debebatur sibi totum lucrum sed dimidium. habito ergo respectu ad partem sibi debitã fuit solum deceptus in tertia parte portionis sibi debite. probat ergo singulariter ille tex. quod deceptus seu lesus per arbitrium in tertia parte totius debiti potest dicere arbitramentum iniquum & petere reductionem ad arbitriũ boni viri. dico etiã nõ semper requiri lesionem in tertia parte: quia ille tex. non facit hic regulam: sed illud dixit causa exempli. & ea que dicuntur causa exempli non astringunt regulam. vt. c. i. & quod ibi not. ne clerici vel mona. Sed probatur ibi quod ex euidenti iniquitate potest peti reductio. Quando autẽ dicatur euidens iniquitas nõ credo posse dari certam doctrinam sed ex varijs circunstantijs bonus vir. i. iudex arbitrabitur. Nam facilius debet arbitrator induci ad dandum de iure vnius alteri quãdo non potest aliter sequi bona pax: q cessante hac rõne pacis cõsequende. Item aliter qñ ius est dubium obscurum et inuolutum q quãdo est clarum. Itẽ aliter qñ est diues q pauper & sic de ceteris circunstãtijs. arg. in. l. i. ff. de reb9 dubijs. & in. c. de causis. de offi. deleg. & quod not. gloss. in. c. fi. de re iudi. lib. vi. et quod supra dixi fm Bal. in alia questione. Pro hoc optime faciũt ea que dixi circa compositionẽ factam in. c. i. de mutuis

34 petitio. vbi vide & hec notabis. ¶ † Ulteri9 quero: an petens reductionẽ ad arbitrium boni viri: & succumbens quia non probauit iniquitatẽ euidentem iuxta superius dicta inciderit in penã cõpromissi tum promiserit sub pena stare arbitramento & non contrauenire. de hoc per Bar. in. d. §. arbitrorum. plenius in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obli. & adhuc plenius in. l. iulianus. ff. de condi. indebi. & originaliter in hac qõne consuluit Dyn. qui tenuit penã cõmitti maxime quando iurauit non petere reductionem ad arbitrium boni viri postea petijt & succubuit. hoc cõsilium etiam refert Joan. and. in addi. Specu. in titu. de arbi. §. excipitur. ver. quid si compromissum. & ibi refert Guil. de cu. hoc limitasse nisi habuerit iustam [a]causam petendi reductionẽ: vt q̃ probabiliter credebat arbitramẽtum iniquum. alleg. l. si quis forte. ff. de penis. Ego allego text. optimum in. c. sacro. de senten. excom. & quod no. in. c. finem. de do. & contu. Sed adde ad hoc duas notabiles limitationes Barto. primam in. d. §. duo fratres. vbi dicit: q incidit in penã etiam si sententia per quam fuit declaratum arbitramentum equum fuisset iniusta. & hoc per illum. §. duo fratres. vbi videtur tex. in simili. Aliam limitationẽ ponit in. d. l. iulianus. vbi distinguit: quod aut iudex declarauit arbitramẽtum equum: & sic hac cã expressa absoluit reũ & incidit in penã. Nec in hac qõne pene admittitur pars ad probãdum quod arbitramentum fuit iniquũ. vt in. d. §. duo fratres & facit gl. notabilis. in. d. l. iulianus. Aut primo fuit reus simpliciter absolutus vel iudex absoluit q̃ non fuit probatum iniquum. & tũc in questiõe pene poterit de iniquitate probare. Nã per hanc probationem detegitur iniquitas sententie que transit in rem iudicatam. & sic nõ obstabit exceptio rei iudicate. & vide plenius ad materiam. quod no. in. d. l. iulianus. & intellige oia predicta cum illa limitatione Guil. & Joã. andr. Et

b ex istis infertur q qui allegat iniquitatem [b]arbitramenti hz hoc probare: alias succũbit: q̃ presu

c mitur [c]pro iustitia. l. ab ea parte. ff. de app. qd tenet Jo. an. in loco pallegato. & Bar. in. d. §. arbitrorũ. probabit autẽ ex antiquis actis vel nouis probationibus sicut in causa appellationis obseruatur in. c. ioãnes. de fi. instru. & quod no. in. c. in presentia. de renun. & vide per Fede. in consi.

35 cclxxv. vbi oino vide is solutione. ¶ † Sed istud dubium notabile per istos doc. non tactũ est. quid si pro parte obtinuit & pro parte succubuit

36 an incidat in penã in totũ vel in partem vel euitat ex toto. ¶ † Quã reperi tetigisse Bal. in extraneo loco. s. in vsibus feudo. in ti. de lege co. c. ij. pone exemplum. arbitrator precepit quod darentur decẽ: iudex in cã reductionis statuit de quinq. Bal. tamen videtur hesitasse: quid si ista quinq non soluuntur nũquid committatur pena compromissi saltem pro rata: & finaliter concludit q non. q̃ nunc agitur non ex cõpromisso sed iudicis sententia. Unde mutata persona stipulatio pene non cõmittitur. l. cũ apud. ff. iudi. sol. & quod ibi no. & sic fm eũ impune a pena cõuentionali sentẽtie iudicis non parebitur: q̃ cõpromissum seu pena in eo apposita ad personã iudicis de quo non fuit cogitatũ se nõ extendit. l. in cõpromissum. ff. de arbi. & dicit hoc placuisse Bar. non tñ specifice tangit questionẽ quã in principio formaui. Et primo dubito de sua cõ

d clusione etiã in terminis suis: q̃ iudex aditus in casu reductionis [d]succedit in locũ primi arbitratoris. vt no. Innoc. in. c. presenti. hodie incipit statutum. de rescrip. lib. vi. Bar. in. l. i. ff. de lega. ij. ergo est eodẽ iure censendus tũ primo: nisi dicas q isti canones & pmissiones penales sunt stricti iuris. vñ non transeunt etiã in iudicẽ appellationis. vt. d. l. cum apud. vnde variato tribunali vel etiã nomine iudicis non habent locũ vt plene per Bar. in. d. l. cum apud. Potes ergo cõcludere. q aut iudex simpliciter cõfirmat arbitramẽtum & hz locũ pena fm distinctionem. s. in precedẽti qõne positã. Aut iudex reformat & tunc pena cessat in reformatis q̃ non agit amplius ex cõpromisso sed ex iudicis sententia. Sed quo ad primã. q. quam ego supra formaui: nunquid eo ipso q petijt reductionẽ totius simpliciter & obtinuit in parte cõmittatur pena in parte. Credo q non: q̃ iuste petijt reductionẽ toti9 arbitramẽti. hoc probo per. l. vnde si nerue. cũ seq. ff. pro socio. iũcto. §. arbitrorũ. prealle.

e vide quod in simili dixi in. c. finẽ. de do. & contu. Sed Bal. hanc. q. specifice tãgit in. l. fi. C. de arbi. vbi primo distinguit: q aut capitulũ in quo fuit lesus erat separatũ ab alijs & cõmittitur pena in totũ: secus si erat connexũ vel vnitũ: ita q non capiebat congruam separationẽ. arg. in. l. etiã. ff. de mino. postea videt velle q insolidũ cõmittat pena cũ debeat clare & separatim specificare grauamina. arg. in. l. qui solidũ. ff. de leg. ij. hoc vltimũ videtur mihi satis durũ & cõtra illã. l. vnde si nerue. cũ seq. vnde indistincte tenerẽ q supra dixi vt indistincte euitetur pena: cum arbitramentum sit quedã transactio super toto. vt in aut. si vero contigerit. C. de iudic. non põt iste dicere se magis grauatum super vno arti. q super alio: sed grauamen resultat ex toto cõpromisso simul cũ sit vnica transactio seu vnicus contractus. pro hoc iura superius alleg. Ex his potes instrui: nunquid petens reductionẽ incidat in periurium si iurauit laudum seruare: & postmodũ petijt reductionem & nõ obtinuit vel saltẽ

37 in parte. ¶ † Quero infra quantum tẽpus debeat arbitrator arbitra

f mentum explicare. Spec. mouet questionem in arbitro [f]non in arbitratore in titu. de arbi. §. differt. ver. ita qd infra triennium. & refert varias opiniones nec firmat in aliqua peden. Joan. and. ibi in addi. videt sentire cõpromissum non expirare triẽnio sicut quidam dixerunt per aut. si tñ. C. de tẽpo. appel. & cle. quãdiu. de appella. Bar. specifice in arbitratore tangit in. l. si quis arbitratu. ff. de verb. obli. & dicit: q ista potestas finitur eo nolente arbitrari. vt in. l. si merces. ff. locati. & in. §. pretium. in sti. de emptio. & vendi. Sed dubium est quando dicitur nolle arbitrari: ideo in hoc distinguit: quod aut arbitramẽtum fuit collatum in aliquẽ ex contrahentibus aut in tertium. Primo casu si compromissum consistat circa ea que sunt de substantialibus contractus vt circa rem ipsam tũc debet arbitrari infra. lx. dies. vt in. l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de edi. edic. si circa aliqua extrinseca tunc tenetur arbitrari q primum poterit. vt. l. hec venditio. ff. de contrahen. emptio. Secundo casu quãdo confertur in tertium: tunc si infra annum nõ arbitratur videtur nolle arbitrari. C. communia. de lega. l. fi. §. sed si quis. nec dicat aliquis secundum eum: quod ibi sit speciale fauore vltime voluntatis: quia in eo solum est speciale quod receditur a persona. Bald. in. d. c. ij. de. l. cor. dicit salua reuerentia Barto. iura superius alleg. non probare suam opinio. nam in. l. quod si nolit. erat collatum arbitrium super resolutione contractus & non tanq̃ in bonum virum sed tanq̃ in voluntatem eius cuius arbitrium non poterat reduci ad arbitrium boni viri. Nam ibi dicitur: qd si res sit vẽdita cum pacto vt si displicuerit redhibeatur: nec sit diffinitum tempus ad redhibendum quod infra. lx. dies potest redhiberi & non vltra. Item. d. l. fina. C. communia. de lega. non probat id ad quod Barto. inducit: quia ibi est casus specialis vt prefigatur annus: quia spectatur quod electio cõuertatur in aduersarium: ideo ipse dicit quod terminus debet statui a iudice: vt de iure delib. l. fi. in ratone. Item sine termini prefixione ex quo labitur tantum tẽpus infra quod bonus vir fuisset arbitratus expirat compromissum cũ in tum fuerit compromissum tanq̃ in bonum virum. argu. in. l. i. ff. si quis can. Et videtur sibi equum vt expectetur per annum: computãdo annum non a die compromissi: sed a die quo potuit cognoscere presentibus partib9 vel aliter fm eum. Aut fuit cõpromissum sup lite aut sup negotio. primo casu arbitrator succedit loco arbitri: ideo dabitur triennium. scdo

casu

casu vel assignabitur tépus arbitrio iudicis vel p lapsum anni inducet tacita renũtiatio cõpromissi tam partium q̃ ipsius arbitratoris.arg.ff. de arbi.item si vnus.§.si multoplus.simile ĩ an no.in.c.querenti.de offi.deleg.hec dicta Bal.nõ probãtur iure ꝛ maxime ad id qḋ sentit de arbitro vt expiret ipsi⁹ potestas per triẽniũ.ꝛ aliter ipsemet Bal.notauit in.l.ij.§.sꝫ ꝛ si quis.C.cõ de lega.Ego dico ꝙ aliud est querere nunquid triẽnio expiret instantia corã arbitro vel arbitratore:ꝛ de hoc dicit.ĩ.Aliud est querere quãto tẽpore duret potestas:ꝛ ĩ hoc in arbitro dicerẽ ꝙ durat quãto tempore durat actio nisi tacite vel expresse hec potestas reuocet a partib⁹:hoc videt probari in.d.aut.si tamen.ibi:si decies milies plus q̃ biennij tẽpus ꝛc.ꝛ in.d.cle.quãdio.simile in iurisdictiõe delegata que nisi reuocetur semp durat donec extinguatur.vt in.l.falso.C.de diuersis rescrip.ꝛ notatur in.c.si autem.c.plerũq̃.de rescrip.In arbitratore est maius dubium ꝛ crederem idem dicẽdum qḋ in arbitro.hoc probatur in dicta aut.si tamen.licet enim ibi tex.loquatur in arbitro tamen nõ apponit aliquid per qḋ appareat quod magis senserit de arbitro q̃ de arbitratore.Nam nomẽ arbitri est cõmune.vt in.d.§.arbitrorum.ꝛ ĩ.dixi.ꝛ nullus text.specifice facit mentionem de arbitratore:sed cõmuniter loquitur de arbitro.vñ vbi materia non est magis proportionabilis arbitro q̃ arbitratori appellatione arbitri debemus intelligere de vtroq̃.vt in d.§.arbitrorum.Et pro hoc bonus tex.in.c.exposita.de arbi.vbi arbiter appellatur is cuius laudum reducitur ad arbitrium boni viri.nam ꝛ arbitrator quãdoq̃ assumitur super lite ventilata corã iudice.vt in aut.si vero cõtigerit.C.de iudi.hoc verum vbi ipse arbitrator dixerit se nolle acceptare cõpromissum:quia statim expirat.vt in d.l.si merces.ff.locati.ipse tamẽ partes possunt post acceptationem sibi prouidere faciendo eum compelli per iudicem:vt supra dixi:vel cõmuni cõsensu ab illo recedere.l.ligatores.de arbitris.alias autem quod non mutatur quare stare prohibetur.vt.l.sancimus.C.de testi.ꝛ.l.precipim⁹.in.fi.C.de appella.ꝛ facit cle.quãdiu.vbi tex.loquitur simpliciter de cõpromisso.ꝛ dicit quãdiu ꝛc.sine prefinitione temporis:cõpromissum autem est commune arbitro ꝛ arbitratori.d.aut.si vero
38 contigerit. ¶ † Quero quis est iste bon⁹ vir⁹ ad
a cuius arbitrium recurritur pro iniquitate arbitramenti.Sol.communiter dicitur quod est iudex.l.continuus.§.cum ita.ff.de ver.obli.ꝛ.l.qḋ si ephesi.ff.de eo quod certo loco.ꝛ.l.vir bonus.iudi.solu.ita not.hic.ꝛ in.d.§.arbitrorum.ꝛ vide bonam gl.in.c.potuit.de locato.in verbo celeri.in fi.que generaliter dicit.quod vbi fit mentio de arbitrio boni viri in genere intelligitur de iudi-
39 ce.per.d.l.continuus. ¶ † Sed dubitatur.quis iudex erit cõpetens an iudex arbitratoris an rei an actoris.ꝛ sepe potest hec questio cõtingere cũ cõpromissum fit a clericis in laicũ vel a laicis in clericũ seu cũ cõpromittentes sunt laici ꝛ etiã arbitrator:sꝫ sunt diuersi fori.Bar.in.d.§.arbitrorũ.recitat aduocatos cõmuniter tenere ꝙ sit iudex cõpetẽs iudex appellatiõis:cũ ipsa reductio sit quedã appellationis species.l.non distinguemus.§.cuꝫ qdã.ff.de arbi.ipse vero tenet contrariũ.s.qḋ sit iudex is qui hꝫ iudicare in principali causa:ita qḋ si actor ĩ cã originali petit reductionẽ dꝫ recurrere ad iudicẽ rei:si ipse reus petit hꝫ recurrere ad iudicẽ suũ.rõ q2 siue petat iure actionis siue officio iudicis semp dꝫ adiri iudex rei:q2 semp actor sequit forũ rei.in.c.cũ sit.de fo.cõpe.cũ hic non agat ex cõpromisso:ꝛ sic non est adeund⁹ iudex arbitratoris.Si aũt reus ipe petit põt adire iudicẽ suũ:q2 quasi sup exceptiõe sibi cõpetẽti prouocat:ꝛ sic ad iudicẽ suũ q est iudex principalis cause puocare põt.ad hoc.l.fi.C.de vsur.pup.ꝑ mvnã lec.ad idẽ ho.tex.in.l.cũ hi.§.trãsactionẽ alimẽtoꝝ.ff.de trãsactio.vbi dicit ꝙ ille iudex debet arbitrari sup trãsactione q est futurus iudex super lite.ad hanc sentẽtiã adduco.c.exposita.de arbi.vbi pa.cognoscit de arbitramẽto lato n du ce venetoꝝ q sibi nõ suberãt:ptes tñ sibi suberãt.hec cõclusio Bar.placet hic do.Ant.vbi laudũ esset iuratũ:ꝛ dubitaret sup reductione ꝓpter iuramentũ.nã tũc debet adiri iudex ecclesiasticus:vt hic allego etiã tex.in.c.venerabilẽ.de elec.Itẽ si laudũ esset in materia ꝑtinẽte ad ecclesiã.argu.hic.vel si euidens nutriret peccatũ.de iud.nouit.Aduerte latius oẽs cõuenire videt ꝙ ad iudicẽ arbitratoris nõ sit recurrendũ:cum ista reductio nõ sit ꝓprie appellatio.qḋ etiã tenet colle.in.c.cũ dilectus.de arbi.sentit Fede.cõs.cclxxv. Sed ego limito nisi ex forma statuti laudũ haberet executionẽ paratã:tũc enim cũ pars conquerat directe de laudo dꝫ adiri iudex ipsius arbitratoris sicut obseruat in causa appellationis.ij.q.vi.anteriorũ.ꝛ.c.romana.§.debet.de app.li.vi.ad hoc allego Bar.i.l.ij.C.vbi ꝛ apud quẽ.vbi apertissime hoc tꝫ:cessante vero.d.l.municipali.lꝫ collec.dicat ꝙ petẽs debeat adire iudicẽ aduersarij:tamẽ mihi placet illa opi.precedẽs Bar.ꝛ facit qḋ no.ipse Fede.cõs.cxxxvij.vbi dicit.ꝙ si petat examinatio testiũ ad perpetuã rei memoriam dꝫ adiri iudex pricipalis cause siue petatur a reo siue ab actore:quod plenius dixi.in.d.c.cuꝫ sit generale.ꝛ.c.si quis cõtra clericũ.de fo.compe.ꝛ tenet Bar.in.d.§.arbitroꝝ.ꝛ hoc rõne predicta.Et q2 causa naturalis vincit accidentalẽ.l.qui habebat.ff.de tutel.dꝫ ergo cõsiderari origo cause ꝛ nõ id quod nunc accidentaliter petitur.Addo etiam aliã limitationem.qḋ vbicũq̃ pro parte ecclesie petit reductio poterit ex speciali priuilegio adire iudicem ecclesiasticũ si allegatur fraus vel minus legitimos contractus:vt notanter voluit in omni casu Inno.in.c.cum sit generale.prealleg.ꝛ vide
40 qḋ ibi dixi. ¶ † Nunc quero de notabili ꝛ quotidiana qõestione.ĩ.dixi quis est iudex cõpetẽs in ista reductione ad arbitrium boni viri.nunc que-
b ro⁹ an a sentẽtia iudicis reducẽtis arbitramẽtuꝫ ad eqoitatem possit appellari.do.Ant.refert hic Bal.in.d.§.arbitrorom.tenuisse quod sententia istius iudicis reducentis nõ possit reduci ad arbitrium boni viri:quia iudex nõ cognouit vt arbitrator:sꝫ vt iudex:sꝫ appellari bene poterit vt q2 iudex fecit.Io.andr.in addi.Specu.in tit.de app.§.in quibus.ver.xvi.recitat Rusticanũ doctorem antiquum disputasse ꝛ tenuisse quod a tali sentẽtia nõ appellatur.motus q2 ab arbitramẽto non appellatur ergo nec a sententia iudicis reducentis:q2 non cognoscit vt iudex sed vt bonus vir.ff.pro socio.si societatem.in fi.Surrogatum autem assumit naturam eius in cuius locum surrogatur.in.c.ecclesia.vt lit.pẽden.sicut enim quãdo arbiter cognoscit loco iudicis ab eius sententia appellatur.de off.deleg.c.ab arbitris.lib.vi.et.l.apertissimi.C.de iudi.ꝛ.l.arbitro.ff.q satisd.cog.ita non debet appellari a iudice qui cognoscit loco arbitratoris seu boni viri.do.Anto.sequitur hic But.scilicet vt possit appellari:quia in cõmissis ad arbitrium iudicis appellatur:vt no.in.c.super his.de appellatio.Item q2 hic nõ sorrogatur iudex in locum arbitratoris per oia:sed datur vt iudex iudicialiter corrigat quod extraiudicialiter est malefactum.sicut in simili non appellatur ab excõmunicatione:ꝛ tamen appellat a declaratione excommunicationis.adducit no.i.c.pastoralis.de appella.Ad.c.ab arbitris.dicit ꝙ facit ꝓ:q2 ibi cognoscũt vt iudices:ideo appellatur.dicit etiã ꝙ si teneret opi.qḋ iudex iste omnia vt arbitrator faceret:posset saltem ipsius sententia reduci arbitrium boni viri.alle.glo.in d.c.sup his.et sic ipse trãsit in cõtrariã sententiaꝫ qḋ nec appellari possit nec reduci ad arbitriũ boni viri.ego adduco Bar.in.l.j.in fi.ff.de le.ij.vbi hoc aperte tenet.alleg.Inno.in.c.presenti.de rescrip.lib.vi.hodie incipit statutum vbi vult.qḋ quando iudex cognoscit vt bonus vir non possit appellari sicut nec ab ipso arbitratore.Idem vi-
c detur velle Bal.in.l.fi.C.de cõtrahẽ.emptione.

a ¶ Corã quo peti debeat reductio sententie ad arbitriũ boni viri.ꝛ de hoc per Bal.in.l.pe.C.de arbi.ꝛ in.l.j.C.vbi ꝛ apud quos.ꝛ p eũdẽ in cõclusionib⁹ Spe.l ti.de arbi.ꝛ p Pet.de ancha.in repe.regu.ea q̃.in.xvij.col.v.iuxta predicta applico.de regu.iur.in.vi.ꝛ vide Ang.in consil.cxvij.et do.Ant.in.c.si clericus laicũ.in.xi.col.de fo.cõpe.ꝛ Do.in ca.statutũ.in prin.in vlti.col.de rescri.in.vi.etiaꝫ si sunt plures arbitri quorũ vnus est cleric⁹ alius laic⁹ an debeat peti reductio coram iudice laico an coram ecclesiastico.vid Bal.l.precipim⁹.C.de appella.ꝛ facit ad hoc qḋ no.Bart.in.l.iuris peritos.§.cũ ostendimus.ff.de excusa.tuto. Antonius Fran. ¶ Corã quo iudice sit petẽda reductio ĩ casu de quo hic.Mihi placet decisio qḋ pro reductione adeatur iudex ecclesiasticus quãuis vn⁹ ex arbitris sit laicus ꝛ hoc ex priuilegio eccl'ie que trahit reũ ad suũ forum ad quod vide do.Abb.in.c.exposita.de arbi.magis enim dignum attrahit ad se min⁹ dignũ.vt l.c.aqua.de conse.eccle.vel alta.ad qḋ ẽt vide Ange.i.l.q certo.de cõdi.ꝛ demon.ꝛ vide p Alexã.in cõsi.cxxxi.i.ij.parte cõsi.ꝛ vide etiã Ange.in.l.ꝛ si sus-specta.in.§.fi.ff.de cõdi.ꝛ demõ.ꝛ vide do.Car.in cle.j.in.v.q.de appe.Fede.de se.in cõs.cclxxiij.ꝛ Lãfrã.ora.l tractatu de arbitr.in septima parte in.xix.q. Sebasti. Sapia.
b ¶ Nũc quero.Vide.d.Frã.de arct.in.c.sup his.l.vij..viij.col.j.de accusa.vbi plura.
c ¶ Et vide per eũdẽ Bald.in.l.j.C. de cõtrahẽ.emptione.ꝛ vide per Bal.in.l.j.vna eademq̃ cã tertio pro.l.ij.col.ꝛ p Bal.in ti.quo tẽ.mi.in.c.fi.ꝛ in.l.j.l.xiij.col.ff.de leg.j.vide ẽt Bal.in.l.tale pactum.§.q prouocauit.in vlti.q.ff.de pac.l.l.j.C.de his q̃ pe.no.ꝛ p Bal.in.c.ad nostrã.cl.ij.in vlti.col.vers.quero nũqd statutũ ciuitatis.ĩ.co.ꝛc.ꝛ Pau.de ca.i cõs.xxij.incip.circa primũ qñtũ est videnduꝫ ꝛc.adde qḋ Inno.in.c.fin.de serũs.dicit.qḋ in cõmissis arbitrio non pt appellari.item facit qḋ no.d.Ant.in.c.fi.j.eo.in.iij.col.vbi dicit.qḋ qñ pars sponte defert iuramentuꝫ litis decisiuum alteri qḋ nõ põt deferẽs appellare si ille cui ẽ delatuꝫ perseuerauerit:q2 videtur cãm suã cõmisisse arbitrio iuramenti aduersarij.sed cõtrariũ ĩ illo articulo dicit dominos Ant.post Inno.in.c.visi.quod metus causa.in pe col.et de ista qõne h posita p istũ ꝛ p d.Ant.vid Imo.in cle.j.in.iij.col.versi.not.bene.de iudi.vbi all.bart.super hoc i extrauagan.ad repri-mẽ.in ver.hoc edictũ.ad istam questionem pondera glo.in ver.vnum.l.l.iij.§.j.ff.de arbitris.ꝛ de hoc vide per Sal.in.l.ij.C.de app.ꝛ in.l.si societatem.§.arbitroꝝ.ff.pro socio.et Ro.in.l.admonendi.l penul.charta.ff.de iureiuran.ꝛ in reperi.rubr.ff.de arbi.in xxiij.col.ver.sed ao sicut sententia arbitrator.ꝛ Inn.in.l.ij.ff.de publi.iudi.

† Sebasti. Sapia.
a ¶ Arbitramenti. Vide de hoc articolo p do. Bartho. Soci. in. l. iulianus. col. v. ff. de condi. et demon.

† Sebasti. Sapia.
b ¶ Alia qstio. Vide Abb. in. c. cum tepore. X. de arbitris. et Bald. in. l. solã. in fi. C. de testibus. et in. l. si nõ speciali. in fi. C. de testa. cũ allegatis p Feli. in. c. i. colũ. px. versi. et si dicat procedas o iure de facto. X. de constitutio.

Sebasti. Sapia.
c ¶ Contra formã cõpromissi. Vide Alex. in 9sil. xxij. colũ. fi. in. v. volu. Are. in 9si. lxviij. in vlti. col. Comẽ in 9si. lv. inci. duo habentes ad finẽ. And. siculũ in. c. ij. co. xij. X. de offi. deleg. Feli. late in c. causam. in ante penult. col. X. de re iudi. Lanfran. de ori. in tractatu de arbi. in. vij. c bar. versi. j.

vbi refert. Bar. sic tenuisse ipso audiẽte. vt in. d.
§. i. licet aliqui libri non habeant. ego tamen ha-
beo in meo et vidi aliã lecturã illud dictũ nõ ha-
bentẽ. Item dicit q nõ potest peti reductio ad
arbitrium boni viri: vt tenet ibi Bar. Hanc opi
nionem sequitur dñs meus do. Car. Flo. in. c. ex-
posita. de arbitris. et refere Bart. de Sali. sic 9so
luisse. Ego etiam sic 9sului in questione facti. Nã
ex cõtrario sequeretur q partes inciderent in an
fractus iudicio qs quos compromittendo euitare
voluerũt. Itẽ iudex super reductione habet pro-
cedere nõ fm merã ius sz equitate phabita: sicut
processisset arbitrator seu pcedere debuisset bo-
nus vir. vt. d. §. arbitro. et ibi per Bart. ergo nõ
procedit vt merus iudex. Item non debet peti re
ductio ad arbitrium boni viri: qt sic esset pcess9
in infinitum contra. l. terminato. C. de fruc. et lite.
expen. et qt hoc nullo iure cauetur. Non ob. gl. in
d. c. super his. allegata p. d. Ant. qt intelligo illã
glo. fm gl. ibi precedẽtem scz qd debet sentẽtia
reduci ad equitatem scz per viã appellatiõis qñ
iudex processit vt iudex nõ loco arbitratoris. nã
loquitur quãdo venit pena imponenda arbitrio
iudicis: et sic loquitur quãdo processit vt merus
iudex quo casu appellari põt. vt in. l. si qua pena.
iuncta glo. Bar. ff. de ver. sig. Nos aũt loquimur
quãdo iudex processit vt bonus arbitrator. hec
opi. habet equitatẽ vt cito finis litib9 imponat.
41 ¶ †Sed hic annecto dubiũ notabile: an p peti-
tionẽ istius reductionis debeat suspẽdi executio
a istius arbitramenti.a do. Cardi. in. d. c. exposita.
de arbitris. tenet q nõ: alleg. no. in. c. ex literis. de
in integ. resti. in glo. supplicauit. et sufficit fm cõ
q hoc iure nõ probatur. Nec obstat si dicatur: qd
hec petitio habet vim appellationis. d. l. non di
stinguemus. §. cum quidam. de arbitris. qt nõ p
omnia: vt ibi no. nam iudex hoc casu adif non p
viam appellatiõis. sed per querelam. et hec diffe
runt. vt in. c. concertationi. de appella. li. vi. Ego
indistincte tenerem contrariũ: qt quoad effectuz
differendi executionẽ habet hec petitio effectum
suspensiuũ. et sic vim in hoc appellatiõis: vt pro-
batur in. d. §. cũ quidam. Item iura dicunt quod
arbitramentum iniquum debeat reduci ad arbi
trium boni viri: ergo non debet executioni man-
dari ante reductionem: vt clare probari videt in
d. §. arbitrorum. in fi. iuncta. l. vnde si nerue. cum
seq. eo titu. hoc etiam videtur velle Inn. hic qui
dicit non valere dictum arbitratoris nisi sit equũ
vel ad equitatem redactum. et idem dicit gl. in. c.
causam que ð electio. ¶ Sed qt supra tacte sunt
multe differentie inter arbitrum et arbitratorem
tam in modo procedendi q̃ finiendi. Item ha-
buistis supra aliq̃s modos cognoscẽdi et discer-
42 nendi arbitrum et arbitratorez. ¶ †Quero nũc
de aliquibus casibus dubitabilibus: et q̃ro pri
mo. quid si fuit cõpromissum in aliquem tanquã
in arbitrium et arbitratorẽ: erit ne iste arbiter vel
arbitrator. Soluit Inno. hic et Bar. in. d. §. arbi
trorum. et cõmuniter doct. dicunt q ex modo pro
cedendi et pronũtiandi p expẽdemus vtrum fece
rit vt arbiter vel vt arbitratur. arg. eorũ que no.
in. l. j. ff. de iudi. et. l. epale. C. de epis. audi. Idem di
cit Inno. si fuit cõpromissum in aliquẽ qd possit
procedere seruato ordine iudiciario vel etiaz nõ
seruato. nã illa verba q possit procedere seruato
ordine iudiciario innuũt q cõpromittit in eũ tã
q̃ i arbitrũ. Alia vero verba q possit procedere
non seruato ordine iuris innuũt q tanq̃ in arbi-
tratorẽ. Ideo fm eũ si processit seruato ordine iu
ris stabit dicto suo etiã iniquo: qt videt pcessisse
vt arbiter. Si vero pcessit iuris ordine nõ serua
to: tũc nõ valebit dictũ suũ nisi sit equũ vel ad eq
tatẽ redactũ: qt videtur processisse vt arbitrator.
¶ Ego aũt cuz reuerẽtia h dicta nõ sequor: qt lz
possit eligere alterã viã tñ nõ eligẽdo põt pcede
re vtraq3 autoritate. ita no. Inno. in habẽte dele
gatã et ordinariã in. c. cũ ex officij. de prescri. Ego
allego ad hoc. c. nisi. de prebẽ. vbi simpliciter pba
tur. q si in aliquẽ delegatũ cõpromittit: ille põt
simul et semel in eadẽ causa pronũtiare vt arbitrator et vt delegat9. Ite
dico q si cõpromittitur vt in arbitriũ et arbitratorẽ vt pari rõne possit
procedere et pnũtiare vtraq3 psente si a principio expresse ad elegit: et si
cõtra iustitiã partẽ in modico lesit poterit peti reductio: et in dubio ex
qualitate facti psumit hoc fecisse vt arbitrator: vt probat in. d. c. nisi. fa
cit. l. cũ querit. ff. de sta. ho. et hoc bene no. qt quotidie accidũt et puto ve
rissima. Et per hoc determinat alia qstio. Pone tercio terminis: vt
X. dictũ est: processit cõpromissarius partim iuris ordine seruato: et par
tim iuris ordine nõ seruato: vt puta: fecit libellũ dari: litẽ 9testari: rece
pit tñ testes partib9 nõ vocatis et publicatis: sal az sine scriptis dedit.
dicit Hos. in hac qstione posse dici q sententia nõ teneat quasi eligẽdo
ab initio viã iudiciariã videat aliã renũtiasse. arg. de ap. solicitudine3.
et de presum. nõne. dicit tñ ipse melius esse vt dicamus sentẽtiã valere si
equa sit alioquin ad arbitriũ boni viri redigendã: vt sic interpretemur
talẽ nõ arbitrũ sz arbitratorẽ. hoc eñi est sauorabile vt cessent litigia. et
hoc mihi satis placet per predicta: qt ex quo habuit vtriũq3 potestatẽ
potuit pcedere seruato ordine iudiciario et nõ seruato. ad hoc vltra p-
dicta optime facit text. in. l. diẽ proferre. §. si quis litigatorũ. ff. de arbi.
vbi possunt partes a principio pacisci vt arbiter pronũtiet in absentia
partium: et sicut possunt in arbitro remittere pro parte ordinẽ iudicia-
rium: eadem ratione videtur et in toto. vnde licet in iudice hoc fieri non
possit iuxta not. in. c. fi. de re iudi. li. vi. et in. c. fi. de causis. de offi. dele. se-
cus tñ in arbitro. ratio quia arbiter assumit potestatem a partib9: nõ
sic autem iudex: et hoc puto verum quicquid sentit Barto. post Dy. in
d. §. arbitrorum. vbi videtur velle quod postq̃ elegit viam arbitri non
poterit redire ad viaz arbitratutis. illud enim procederet iudicio meo
vbi haberet necesse eligere vnã viam. ar. l. si cui. ff. de ser. secus si potuit
43 procedere vtraq3 via nec specifice pcedit a pricipio. ¶ †Per hoc etiã
b potest solui alia questiob quotidiana. pone fuit dictum q compromis-
sarius possit procedere de iure et de facto: pronũtiare tñ deberet fm ius
an talis erit arbiter vel arbitrator. Barto. in. d. §. arbitrorum. dicit se
credere quod est arbiter: quia iudex quandoq3 etiam cognoscit de pla-
no et summarie. l. nec quicq̃. §. de plano. ff. de offi. proconsu. et de verbo.
signifi. cle. sepe. Nec obstat fm eum si diceres ordinem iudiciarum non
posse remitti. l. ij. §. sed quia veremur. C. de iura. calũ. qt illud est verum
quãdo litigat coraz iudice qui habet iurisdictionem a superiore: secus
si coram arbitrio qui habet potestatem a partib9: quod dicit notãdũ.
hoc vltimum mihi placet: vt supra latius dixi. Sed circa primum pu-
to per ea que supra dixi quod ibi erit arbitrator et arbiter in procedẽ
do: sed in sententiando est solum arbiter: vt patet ex potestate sibi tradi
44 ta. et idem dicendum in aliq̃s similibus questionibus. ¶ †Sed circa
hoc cadit notabilis questio. quid si arbiter assumptus modo predicto
pronunciat iniuste: nunquid teneat sententia. Barto. in. d. l. diem pro-
ferre. §. stari. ff. de arbi. notabiliter dicit quod non. quia pronunciat con
c tra formam compromissi.c Fran. de are. in. l. si quis arbitratu. ff. de ver
obliga. tenet contrarium: quia exprimitur quod inest et sic non dat for-
mã. Item quia non valet compromissum in arbitro si non remaneret
sibi libera potestas valide eligendi quod vellet. ff. de arbi. l. qualem. fa
cit ad hoc quod no. Inno. in. c. prudentiam. de offi. delega. et quod no.
docto. in. c. ex insinuatione. de rescrip. dom. Anto. putat hoc non proce-
dere in arbitro sed in arbitratore sic vt tenet Bar. quia ille potest de iu
re procedere: et sic non inest illud a necessitate sicut in arbitro. Ego in. c.
cum dilecta. de rescrip. saluo simpliciter illud dictum Barto. quia licet
insit de institia vt arbiter procedat fm ius: non tamẽ de necessitate nec
inest sibi de forma: nũc autem exprimitur cum in compromisso inest de
necessitate et de forma. quod non inesset de necessitate q patet: quia arbi-
trium iniuste latum valet. Vbi autem id quod inest de iustitia exprimi
tur in forma hominis inducit necessitatem. vt probatur in. c. cum dile-
cta. prealle. iũcta gl. i. Preterea vbi verba possunt aliquid operari nõ
debẽt intelligi sine effectu. c. si papa. de priui. lib. vi. et. l. si quando. C. de
inoffi. testa. Sed in casu nostro possunt verba operari premissum effe-
ctum. ergo tc. Non obstat illud motiuũ Fran. quia dico. l. qualem. pro
cedere quando datur sibi certa forma pronũtiandi ita quod auferatur
sibi libera potestas. Sed in casu nostro hoc non fit licet detur sibi libe-
ra potestas si id quod inerat de iustitia reducitur in formam hominis.
Et ad dictum Inno. responde. q procedit quãdo id quod exprimitur
sapit instructionem cause: secus si dat modum procedendi. et latius di
45 co in. d. c. cum dilecta. ¶ †Vltimo vt nil boni ad materiam desit. que
ro an arbitrator debeat pronũtiare partibus presentibus. Sol. Cy. in
in. l. fi. C. de contrahen. empt. tenet qd sic. aliter nõ valebit sententia fm
eum. Mouetur principaliter per. l. si quis arbitratu. ff. de verbo. obli.
vbi dicitur. quod si per te stat quominus compromissarius arbitretur
committitur pena per partes: aut aliter stare non posset nisi ipsis ab-
sentibus posset arbitrari. Ex quo infertur quod partibus absentibus
non potest pronũtiari. Barto. in. d. l. si quis arbitratu. refert quẽdam
solennem aduocatum consuluisse contrarium: ipse tamen satis prolixe
sequitur primam opi. et pro casu alle. l. quod si nolit. §. si quid. ff. de edi.
edic. Item licet arbitrator non cognoscat iudicialiter inter partes: de
bet in iaca partes interrogare. l. i. ff. vbi pu. educa. de. et ad hoc allegat
multa similia. Fran. ð are. quẽ sequit hic do. Anto. dicit q si ptes sunt
presentes

presentes in discussione iam facta non est necessaria vocatio in arbitratore. arg. C. de adulte. l. quamuis indubitati. Et hoc tenet Cy. post Jac. de ra. et Pet. quod plus est in arbitro in. l. si qui ex consensu. C. de epis. aud. Si vero partes non fuerunt adhibite in discussione vel non constat: dicit quod si partes non requirunt ad hoc laudum erit nullum: quia talis modus procedendi non reperitur statutus a iure ipsis arbitratoribus. habent enim potestatem equum arbitrandi sine obseruatione alicuius forme: vnde esse debet in electione ipsorum an hoc velint obseruare. ad hoc. l. si defuncta. §. fi. ff. de vsuf. ad hoc quod in simili dicimus de executoribus in. c. fi. de presump. et in cle. vnica. de offi. deleg. de honestate tamen debent partes vocari: et si detractant venire non cogitur arbitrator iudicare: quia potest sibi dicere non liquere de causa et hoc modo poterit stare per non venientem quominus arbitretur. et sic potest intelligi. l. si quis arbitratu. Non ob. l. quod si nolit. quia ibi non dicitur quod in arbitrando requiratur partium presentia: sed excusatur quis parti in contumacia non restituendi propter absentiam eius cui debet fieri restitutio. Non ob. iura alle. per Bart. quia loquitur in actibus iudicialibus vel quasi: sed nos loquimur in actibus mere extraiudicialibus: vt in contractibus qui possunt compleri per nuntium et epistolam. l. consensu. C. de actio. et obli. et facit. l. certum. §. si quis. ff. de confes. iuncta. l. publia. ff. depos. hanc opi. ego sequor et originaliter fuit hec opi. Gui. de cu. in. l. episcopale. C. de epis. aud. sequitur Barto. in. d. l. si qui ex consensu. et. d. Cardi. in. d. c. exposita. sentit Hostie. hic in supradicta questione in eo quod sentit arbitratorem posse testes recipere et publicare. et sententiam ferre partibus absentibus. Idem sentit iudicio meo Inno. dum dicit quod coram arbitratore non est iudicium nec quasi: sed totum in sua positum est voluntate. nam solennitatum obseruatio non est nisi coram iudice vel arbitro secundum eum: sed extra iudicium ad sui instructionem laborat arbitrator ad veritatem inquirendam. Et pro hac opinione adducitur vltra predicta. ff. de lega. iii. l. cum pater. §. hereditatem. et. l. ex facto. ad trebel. vbi deportatus in longinquam prouinciam in remotis partibus arbitratur. ad idem. c. iii. de arbi. vbi exul et absens compromisit. Item arbitramentum non est ad instar iudiciorum sed contractus. vt. d. aut. si vero contigerit. contractus autem potest purificari etiam partibus absentibus ex quo dederunt potestatem mediatori. argu. in. l. iii. ff. de condi. et demon. facit etiam quod not. Inno. in. c. fi. de transla. prela. Sed ad predicta adde limitationem solennem. quod si arbitrator processit ex abrupto parte non audita nec requisita laudum est nullum: et ita allegatum fuit de facto et etiam pronuntiatum. vt no. refert Bal. in libro feud. in titu. de inuesti. in mari facta. c. i. prope fi. et facit secundum eum. d. l. quod si nolit. in fi. et quod not. Inn. et Jo. and. in. c. ex ratione. de appel. pro hoc facit quia bonus vir debet audire partes cum earum assertione causarum merita panduntur. l. fi. C. si per vim vel alio modo. et. c. cum ex literis. de in integ. resti. et quod no. Bart. in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. et sic posses reducere ad concordiam opiniones contrarias. Et quia incidenter dixi. Ja. de ra. Pet. et Cy. tenere in. l. si qui ex consensu. C. de epis. aud. valere sententiam arbitri si partes fuerunt presentes in discussione cause vsque ad conclusionem. Contrarium puto verum per. l. diem proferre. §. si quis litigator. ff. de arbi. vbi tex. singulariter dicit quod non potest pronuntiari partibus absentibus: vel altera earum etiam data contumacia nisi fuerit hoc dictum in compromisso. quod videtur Bar. habuisse pro indubitatio. in. d. l. si quis arbitratu. et clarius Bal. in. d. l. si qui ex consensu. si ex contumacia committitur pena compromissi et expirat potestas arbitratoris secundum eum. vt. l. d. §. si quis. quod no.

4 a ¶ †Vltimo nolo hic omittere questionem notabilem[a] et quotidianam. compromissum fuit in duos et discordant: nunquid iudex possit eligere tertium seu eos ad electionem tertii compellere. hec questio fuit de facto: et intellige de arbitratoribus. Nam de arbitris non est dubium vt in. c. cum speciali. de app. et in. l. item si vnus. §. si in duos. ff. de arbi. Bal. in. d. c. i. de inuesti. in ma.

b facta. recitat fuisse per quosdam sapientes responsum quod non[b]: quia arbitratores sunt ad similitudinem proxenetarum. l. si hominis. §. recepisse. ff. de arbitris. sed certum est quod in proxeneticis non est tractandum de electione tertii. et hec opinio placet ibi Bal. et etiam mihi: quia a persona non arbitrante non receditur. vt. l. si quis arbitratu. ff. de verb. obli. et. l. si merces. ff. loca. Nunc ex predictis sub epilogo per modum tabule vt facilius inuenias materiam: habes viginti et vnam differentias inter arbitrum et arbitratorem: ex quibus colligitur maxime ex principio modus cognoscendi et discernendi arbitrum ab arbitratore. Secundo principaliter habes multas questiones ad materiam. tres habes incidenter postea. xviii. ¶ Prima est: an pro executione arbitramenti detur aliqua actio et que. ¶ Secunda: an ex taciturnitate temporis emologetur arbitramentum vt sic non possit peti reductio ad arbitrium boni viri. ¶ Tertia: quo iure petatur reductio ad arbitrium boni viri. ¶ Quarta questio post omnes differentias: quare dictum arbitri non reducitur ad arbitrium boni viri sicut dictum arbitratoris. ¶ Quinta questio: nunquid possit peti reductio arbitramenti si partes promiserunt sub pena stare dicto arbitratoris: et quid si fuit iuratum. ¶ Sexta questio: quid si fuit dictum quod possit alte et basse arbitrari et de iure vnius dare alteri in totum vel etiam in partem: et an valeat renuntiatio seu pactum de non petendo reductionem. ¶ Septima questio: pro quanta lesione potest peti arbitramentum reduci ad arbitrium boni viri. ¶ Octaua questio: an petens reductionem et succumbens incidat in penam compromissi vel periurii si iurauerat: et incidenter tangitur quis habet probare contra arbitramentum. ¶ Nona questio: quid si petens pro parte succumbit et pro parte obtinet: et quid si non seruauit partes arbitramentum pro iudicem moderatum an incidat in penam compromissi. ¶ Decima questio: infra quantum tempus debet arbitrator arbitrari. ¶ Vndecima questio: quis est iste bonus vir ad cuius arbitrium recurritur in causa reductionis: et an sit iudex arbitratoris an actoris vel rei. ¶ Duodecima questio: an a sententia iudicis reducentis arbitramentum ad equitatem possit appellari vel saltem petiui reducatur ad arbitrium alterius iudicis. ¶ Tertiadecima questio est: an per petitionem reductionis suspendatur executio arbitramenti. ¶ Quartadecima questio: quid si fuit compromissum in aliquem tanquam in arbitrum et arbitratorem: et quid si fuit dictum quod possit procedere seruato ordine iudiciario et non seruato. ¶ Quintadecima questio: quid si is in quem fuit compromissum modo predicto processit partim seruato ordine iudiciario et non seruato. ¶ Sextadecima questio: quid si fuit compromissum modo predicto vt compromissarius possit procedere de iure et de facto et pronuntiare de iure tantum et nunquid hoc casu valeat sententia contra ius seu iniusta. ¶ Decimaseptima questio: an arbitrator possit pronuntiare et procedere partibus absentibus. ¶ Decimaoctaua et vltima questio: nunquid duobus arbitratoribus discordantibus debeat deputari tertius. tractatur etiam in principio. c. an arbitrator seu arbiter possit mutare laudum. et latius in. xv. differentia vbi vide. questiones vero que eliciuntur ex differentiis supra positis poteris faciliter discurrendo videre.

Sebasti. Sapia.

a ¶ Questionem notabilem. Vide Franc. de are. in consi. c. col. pe. Roma. in fin. cliii. incip. ita habes in. c. innotuit. et Peru. in. c. cum speciali. co. iii. §. o appellatio.

1 ¶ Ex causa continentie possunt coniuges licite separare cohabitationem.

2 Iudex ecclesiasticus et secularis est competens iudex ad compellendum coniuges ad cohabitandum.

3 Permissum est coniugibus inuicem se dimittere propter fornicationem: et separare matrimonium propter continentiam seruandam.

4 Vnus coniugatus non potest ingredi religionem nisi alius ingrediatur.

5 Coniugati vouentes continentiam si alter labatur: an episcopus debeat eos reintegrare.

6 Coniugati vouentes continentiam si se reintegrauerint: proles nata est illegitima.

7 Iurans non diuertere an ex causa possit diuertere et non incurrere periurium.

8 Iurans non redire ad maritum: an obstante iuramento possit redire.

T Vanos. Coniuges abiungare se non possunt. ita summatur. Ego summo sic. Ex causa leui et temeraria coniuges etiam quo ad thorum et mutuam cohabitationem se separare non possunt etiam cum iuramenti interpositione. h. d. In prima consultatio. In secunda responsio. secunda ibi: nos igitur. ¶ Casus literalis. Quidam. H. nomine. et. A. vxor eius adinuicem iurauerunt se nunquam mutuo petituros: postea idem. H. coram iudice ordinario scilicet coram archiepiscopo Terraconensi illam instanter repetebat. A. econtrario affirmante quod prius se faceret sarracenam quam rediret ad eum. etc. Quesiuit ordinarius a domino papa quid sibi super hoc esset agendum. Mandat papa eidem quatenus vtrosque inducat ad continentiam obseruandam. quod si facere voluerint et seruare eam maneant separati: alioquin per excommunicationis sententiam appellatione remota compellatur mulier ad virum redire: cum iuramentum illud temerarium fuit et vterque illorum adulterium commiserit. Ber. ¶ No. quod dissolutio non dependet a voluntate coniugum sine agatur ad

Zacharias.

b ¶ Quod non. Ita vide per Bart. et Alexan. in. l. si in duos. ff. de arbi. Bald. in. l. i. in lectura antiqua. C. de his qui pene no. Jo. mo. in rubri. de arbi. li. vi. Jo. an. in addi. ad Spe. eod. ti. §. seq. v. quid si taceat.

dissolutionem quo ad substātiam vinculi. vt in. c. sup eo. de
eo qui cognouit consang. vxo. sue. sive agaf de dissolutione
respectu mutue seruitutis et cohabitationis: vi hic. ꝛ. j. de
1 conuer. coniuga. c. cum sis. ꝛ quasi per totū. ¶ †No. ij. ꝙ ex
causa cōtinētie seruande possunt cōiuges licite separare do
a micilium ꝛ cohabitationē. hoc intellige nisi sint iuuenes ꝛ
suspecti de incontinētia: tūc enī iudex dꝫ ex officio suo occur
rere et impedire separationē. ar. in. c. vxoratus. ꝛ. c. cū sis. de
conuer. coniuga. ꝛ sentit. Host. in. c. veniēs de regula. j. vbi
dicam. ¶ No. iij. ꝙ per ista verba moneas ꝛ inducas nō mā
datur precisa coactio. vide quod legitur ꝛ notatur in. c. ij. de
2 sponsa. ¶ †No. iiij. iudicem ecclesiasticū posse ꝛ debere cō
pellere coniugē ad petitionem alterius coniugis ad cohabi
tandum matrimonialiter cū suo coniugali. Et sic ecclesiasti
cus est iudex non solū vbi agiṫ de substantia vinculi matri
monialis: vt in. c. tuam. de ord. cog. ꝛ. c. lator. qui fi. sint legi.
sed etiam vbi agiṫ de integratione matrimonij quo ad mu
tuā seruitutē. ꝛ in hoc posset etiam adiri iudex secularis. vt
in. d. c. nō est. de spon. ꝛ sic vterqꝫ est ꝯpetens. Et not. ꝙ etiā
ecclesia nō cōpellit vxorē vt redeat ad maritū etiā si ꝑcise re
sistit. hic tn̄ solū dicitur de cōpulsiōe per censuram ecclesia
sticā. An aūt possit precise cōpellere: puta per familiā. vide
3 qđ dixi in. c. literas. de resti. spo. ¶ †Gl. i. querit quare hoc
iuramētū non fuit obligatoriū. respondet quia fuit temera
riū: vt l. tex. sed aduerte qꝛ per hoc non satisfit qōni. nā hoc
est repetere ipsum quare ideo est videndum quare hoc iura
mentū fuit temerariū. Ego respondeo ꝙ ideo: qꝛ coniuges
tenenṫ sibi propter bonū matrimonij ad mutua seruitia et
mutuo debitum reddendū: nec lꝫ viro dimittere vxorē nisi
ex causa fornicatiōis ꝛ econtra. nec vxori lꝫ dimittere viruꝫ
suum. xxxij. q. vij. c. apostolus. ꝛ in. c. oēs cautiones. Isti au
tem diuiserāt se ex quadā leuitate ꝛ temeritate. nā vt ptꝫ ex
fine litere vterqꝫ post separationeꝫ cōmisit adulterium: sec⁹
tn̄ esset si ex honesta causa hoc fecissent: puta ꝑpter continē
tiam seruandam. vt in. c. qđ deo pari. xxxij. q. v. ꝛ hoc est qđ
voluit Inno. hic dicēs: hoc iuramentū fuisse temerariuꝫ qꝛ
non fuit promissa cōtinentia nec animo concepta: qđ intel
lige vt. s. dixi qñ scꝫ non essent de incōtinētia suspecti. Sed
tunc diceres: quomodo preter fornicationis causam vir di
mittit vxorem cōtra. c. ij. de conuer. coniung. cū simi. Rñ. ꝙ
non diciṫ dimittere sed potius ex causa honesta ꝑpter deuꝫ
separāt cohabitationē vt facilius vacent orationi ꝛ cōtem
plationi ꝛ est honestū. ꝛ hoc faciūt autoritate episcopi. et sic
intellige tex. cum glo. in. c. si tu abstines. xxvij. q. ij. ꝛ vide qđ
scripsi in. c. ij. de conuer. coniuga. non est tn̄ hec autoritas de
